509. [Hist. prof. 661.] m. XIV. 36. 4⁰. 1.) 1ᵃ—1ᵇ. Chronicon Silesiæ, seu potius Annales Grussavienses 1230 – 1306. Incip.: 'Anno domini millesimo ducentesimo tricesimo XIIII Kal. Aprilis obiit dux Henricus dictus cum barba..' et expl.: 'a suis perfidissimis boemis In vigilia dominici confessoris.' 2.) 1ᵇ—2ᵃ. 'De dispositione domini nostri Jesu Christi.' Incip.: 'Legitur in annalibus libris Romanorum...' et expl.: 'speciosus forma pre filiis hominum.' 3.) 2ᵃ. 'De dispositione et vita inclytæ virginis Marie.' Incip.: 'Didicit Dei genitrix hebraicas litteras...' et expl.: 'qui simul computati erunt lxxij anni.' 4.) 2ᵃ—3ᵃ. Conspectus chronologicus historiæ universalis usque ad annum 1291. Incip.: 'A lege Moysi usque ad destructionem Troye CCCᵗⁱ et viginti anni...' et expl.: 'akaron destructa est a soldano babylonie.' 5.) 3ᵃ. 'Quot fuerunt dæmones in lapsu.' Incip.: 'Decies centum faciunt mille...' et expl.: 'demones in lapsu et sufficiat esse.' 6.) 3ᵃ—18ᵇ. Burchardus de Monte Sion, Descriptio locorum terræ sanctæ. 25 vacat. 7.) 18ᵇ. De decem plagis mundi. Incip.: 'Prima rubens unda...' Expl.: 'necat ultima prolem.' 8.) 18ᵇ—20ᵇ. Fragmentum cum epigraphe: Via ad terram sanctam.' Incip.: 'Primo de portu brandicie...' Expl.: 'Item de Samaria.' 9.) 20ᵃ—21ᵇ. 'De dispositione mundi, elementorum et terre.' Incip.: 'Dum quippe exterius...' Expl.: 'trahit colorem gramineum.' 10.) 21ᵇ—23ᵃ. Fragmentum descriptionis terræ sanctæ. Incip.: 'De famagosta est proprior via...' Expl.: 'quod caput hominis recipiat.' 11.) 23ᵃ—23ᵇ. Brevis Chronologia usque ad Darium Histaspem. Incip.: 'Ab adam usque ad diluvium...' Expl.: usque ad tempus darij.' 12.) 23ᵇ. Fragmentum descriptionis Hierosolymorum. Incip.: 'Magnitudinem civitatis faciunt...' Expl.: 'adrianus includit.' 13.) 23ᵇ. Fragmentum descriptionis terræ sanctæ. Incip.: 'Alexandria distat a Hierusalem...' Expl.: 'contra orientem per Jericho. 24 et 25 vacant. 14.) 26ᵃ – 30ᵇ. Catalogus romanorum pontificum usque ad Alexandrum IV. 15.) 31ᵃ—36ᵃ. Catalogus romanorum imperatorum ab Augusto usque ad Fridericum II. Wattenbach 10, 474.

510. [Hist. prof. 654.] m. X—XIII. 141. 4⁰. 1.) 1ᵃ—30ᵇ. m. s. XIII. Historia Apollonii Tyrii. 2.) 31ᵃ—55ᵃ. m. s. X. Eginhardus, Vita Caroli Magni. 3.) 55ᵃ—132ᵇ. m. s. X. Annales Francorum ab anno 741 usque 828. 133 vacat. 4.) 134ᵃ—141ᵇ. m. s. XII. 'Epistola Jesu Christi.' Incip.: 'Epistola domini nostri Jhesu Christi, descendens

Digitized by Google

de celo.' et expl.: 'rogo vos omnes divites et pauperes ut per omnes dies sanctos dominicos...' cætera desunt.

511. [Hist. prof. 659.] m. XII—XIV. 53. 4°. Liber confraternitatis canonicorum regularium S. Augustini Seccovii in Styria.

512. [Hist. prof. 651.] m. XIV. 138. 4°. 1.) 1ª—13ᵇ. Jean Du Plan-Carpin, Descriptio itineris in legatione ad Tartaros. Incipit post argumentum relationis: 'Relacio Johannis fratris minoris de tartaris prologus. Omnibus Christi fidelibus...' et expl.: 'quam alii qui sunt aduersarii eorum manifesti.' 2.) 13ᵇ—15ª. 'Prudenti uiro amico suo karissimo Theodoro inuictissimi cesaris phylosopho . Alkindis . Alkalif. de Badach sacerdos et phylosophus salutem...' Sequuntur Excerpta e narratione mythicæ expeditionis Alexandri Magni ad populos Asiæ et e relationibus de Gog et Magog Apokalypseos. 3.) 15ᵇ—38ᵇ. Excerpta e secreto secretorum Aristotelis. Textus incipit: 'Reges sunt quattuor...' et explicit: 'quia in itineribus faciendis vniuersis maius est signum.' 39 vacat. 4.) 39ᵇ—43ᵇ. 'Sermo de phisonomia cuiuslibet hominis.' Incipit: 'Et inter cetera res illa est, quam te non oportet ignorare...' et explicit: 'Nona tegit solem primam necat ultima prolem.' 5.) 45ᵇ—57ª. S. Augustinus, De spiritu et anima. 6.) 57ª—59ᵇ. Fragmentum de poenitentia et confessione. Incipit: 'Item sciendum est, quod decem sunt necessaria vere penitenti...' et explicit: 'Radix omnium malorum est cupiditas.' 7.) 60ª—75ª. 'Incipit medela anime vulnerate.' Incip.: 'In principio mee enaracionis illius graciam...' et expl.: 'Explicit summa de instruccione confessorum.' 8.) 75ª—78ª. Tractatus de expositione 'pater noster.' Incip.: 'Pater noster, qui es in celis...' et expl.: 'Nobis conferre dignetur Jhesus Christus.' 9.) 78ª—78ᵇ. Tractatus de 'Credo.' Incip.: 'Credo in deum patrem omnipotentem...' et explic.: 'si ista que huc usque exposuimus firmiter tenemus et operibus inplemus.' 10.) 78ᵇ—81ᵇ. 'Sequitur confessio.' Incip.: 'Fratres, credo uos frequenter facere confessionem...' et expl.: 'quod non est dubium quin post eius obitum ad patrem suum uenerit. Amen.' 11.) 82ª—95ª. Thomas de Aquino, De venenatis animalibus, comparatis septem capitalibus criminibus. 12.) 95ª—99ᵇ. Idem, Compilatio de articulis fidei et ecclesie sacramentis. 13.) 100ª—108ª. Rainerius Sacchoni, Opusculum de hæreticis. 14.) 108ᵇ—118ᵇ. Torso, Summa de hæreticis et specialiter de erroribus patarinorum et de pauperibus Lugdunensium. Incipit: 'Unus quisque fidelis prout sibi diuisit deus...' et explicit: 'quare omnis hereticus est scismaticus et non e conuerso.' 15.) 119ª—128ᵇ. 'Aliqua documenta necessaria volentibus predicare.' Incipit: 'Exponas thema, distinque, proba raciones...' et explicit: 'super montem excelsum ascende. Ille. n.' 16.) 129ª—138ᵇ. De sacramentis. Incipit: 'Quamuis de sacramentis ecclesiasticis...' et explicit: 'et hec ad presens de sacramentis dicta sufficiant.'

513. [Rec. 149.] m. et ch. XV. 109. 4°. c. fig. col. 1 vacat. 1.) 2ª—34ª. Joachimus abbas florensis et Anselmus episcopus Marsicanus, Vaticinia Pontificum, a Nicolao III usque ad Sixtum IV. 34ᵇ et 35ª vacant.

Digitized by Google

2.) 36ª - 40ᵇ. Constantinus Magnus Imperator, Decretum donationis patrimonii ecclesiæ. 3.) 41ª—109ª. Chronica Paparum usque ad annum 1385. Forsan opus cujusdam clerici Leodiensis. 43 et 44 vacant.

514. [Hist. prof. 671.] m. XIV. 24. 4⁰. 'Anonymus Belæ regis notarius', De gestis Hungarorum liber.

515. [Hist. prof. 646.] m. IX. 8. 4⁰. 1.) 1ª—5ª. Annales Laureshamenses. Fragmentum. 2.) 5ª. Carmen germanicum de muliere Samaritana. 3.) 5ᵇ. Responsoria cum neumis. 4.) 6ª—8ª. Fragmentum homiliæ latinæ initio et fine carens. Hoffmann. II.

516. [Hist. prof. 641.] m. XV. 53. 4⁰. c. init. et armis color. Henricus Gundelfingen Constantiensis, Austriæ principum Chronici Epitome triplex. Chmel 1, 565—66.

517. [Rec. 2013ª.] m. XIV. 103. 4⁰. 1.) 1ª—12ª. Henricus Calcar, Chronica Priorum ordinis Carthusiensis. Incipit: 'Quoniam attestante scriptura Ecc. 39. naracionem antiquorum sapiens exquirit...' et explicit: 'Ab anno domini MxC. vsque ad annum domini Millesimum CCCᵐLXvijᵐ fueruntque xxij sub spacio prefati temporis in antiqua domo Carthusie.' 2.) 12ᵇ—23ª. Idem, Ortus et decursus ordinis Carthusiensis. Incipit: 'Nomen Christi Jhesu nouerint qui pie velint.' et explicit: 'Datum anno eiusdem Domini Jhesu Christi Millesimo CCCⁿXCviij" circa festum beati Johannis baptiste. Dominacionis uero ordinis Carthusiensium. Anno Trecentesimo Quatuordecimo ..' 3.) 23ª—28ᵇ. Legenda S. Thomæ de Canterbury. Incipit: 'Thomas nacione anglicus nobili genere nobilior...' et explicit: 'adiuuemur in celis cuius passione letamur in terris.' 4.) 29ª—33ᵇ. Liber novitiorum ordinis Carthusiensis. Incipit: 'Primo considerare debes...' et explicit: 'Castus sis in omnibus.' 5.) 33ᵇ—43ᵇ. Guigo seu Guido Carthusiensis, Vita S. Hugonis episcopi Gratianopolitani. Præcedit epistola Innocentii IV papæ ad auctorem. 6.) 44ª—47ᵇ. Abbreviatio legendæ S. Hugonis episcopi Linconiensis. Incipit: 'Igitur Hugo nobilibus religiosisque parentibus...' et explicit: 'Explicit secunda pars abreuiacio uite sancti Hugonis episcopi Linconiensis.' 7.) 48ª—65ᵇ. De sectis hæreticorum. Incipit: 'Audistis quod Antichristus venit, nunc autem multi Antichristus facti sunt...' et explicit: 'Dicere quod mater quinque puerorum virgo possit esse heresis est Jouiniani...' 8.) 66ª—94ᵇ. Vitæ sanctorum. Incip.: 'Incipit pronunciamentum de sanctis. In festo suo solempnizant...' et explic.: 'et beate Gertrudi virginis (sic) potenti apud deum quod velit optinere.' 9.) 94ᵇ—97ᵇ. S. Origenes, Homilia de Maria Magdalena. 10.) 98ª—99ª. Judicium urinarum. Incipit: 'De judicio urinarum et pulsuum...' et explicit: 'tristiciam habere et nimia cogitare...' 11.) 99ª—100ª. Jubilus S. Bernhardi. Incipit; 'Bone Jhesu in adiutorium meum', sequitur secundus jubilus: 'Jhesu dulcis memoria.' Explicit: 'Explicit iubilus Beati Bernhardi.' 12.) 100ª—103ª. Petrus Blesensis, De laudibus ordinis Carthusiensis.

518. [Hohend. fol. 6.] m. XIV. 216. 4⁰. Jacobus a Voragine, Legenda

Digitized by Google

aurea, additis in fine legendis de S. Johanne, S. Chrysostomo, de virgine quadam apud Antiochiam et de Assumptione B. Mariæ.

519. [Hist. eccles. 108.] m. XIII. 127. 4°. 1.) 1ª—51ᵇ. Passionale Sanctorum. 2.) 51ᵇ—53ᵇ. Antiphonarius et Lectionarius communis de Sanctis. Incipit: 'Fratres jam non estis hospites...' et explicit: 'voce mea ad dominum clamaui et exaudiuit me de monte sancto eius. Gloria et honor.' 3.) 54ª—115ª. De laudibus et floribus sanctorum per anni circulum. Incipit: 'Beati Andree apostoli comendaciones et laudes sunt hec...' et expl.: 'Explicit libellus de laudibus et floribus sanctorum per anni circulum.' 115ᵇ vacat. 4.) 116ª—125ª. Vita S. Leonardi confessoris. Incipit: 'Beatus igitur Leonardus temporibus Anastasii...' et explicit: 'non opus est vllis effundere verbis.' 125ᵇ vacat. 5.) 126ª Pars Calendarii Novembrem et Decembrem complectens. 6.) 126ᵇ—127ª. 'De yconia beate Marie.' Incipit: 'Fuit apud Damascum ciuitatem syrie...' Explic.: 'Explicit iste liber. Amen.' 7.) 127ᵇ. Fragmenta precationum ad sanctos.

520. [Hist. eccles. 109.] m. XI. 124. 4°. 1.) 1ᵇ—77ª. Walafridus Strabo, Vita S. Galli. 2.) 77ᵇ—90ᵇ. Johannes diaconus Neapolitanus sive S. Januarii, Vita S. Nicolai Myrensis episcopi. Incipit Prologus: 'Sicut omnis materies si ab imperito...' et textus Vitæ: 'Nicolaus ex illustri prosapia...' Explicit: 'remearunt ad propria magnificantes dominum nostrum Jhesum Christum.' 3.) 91ª—98ᵇ. 'Homilia in translatione S. Ruotperti.' Incipit: 'Hec sancti euangelii lectio fratres karissimi...' et explicit: 'per infinita secula seculorum amen.' 4.) 98ᵇ—103ª. Passio S. Agapiti martyris. Incipit: 'Sub Aurelio imperatore pagano...' et explicit: 'per famulum domini agapitum et per Jhesum Christum dominum nostrum, qui uiuit...' 5.) 103ª—113ᵇ. Vita S. Pirminii. Post prologum incipit textus: 'Sanctissimi ac uenerabilis uiri pirminii gesta...' et explicit: 'uariisque detenti infirmitatibus misericordiam domini, qui uiuit et regnat in secula seculorum amen.' 6.) 113ᵇ—119ᵇ. Passio S. Eustachii et sociorum ejus. Incipit: 'In diebus Traiani imperatoris idolorum seuitia feruebat...' et explicit: 'ut ipsorum intercessionibus et in hoc mundo et in perpetuo gaudeamus per Christum dominum nostrum, cui est honor...' 7.) 119ᵇ—124ᵇ. Vita S. Paterniani episcopi et confessoris. Incipit: 'Cum perituro mundo diuina clementia dignata est subuenire...' et explicit: 'rexit autem episcopatum iuris per annos quadraginta duos regnante domino nostro Jhesu Christo, qui uiuit...' Wattenbach 10, 456.

521. [Salisb. 413.] m. XIII. 188. 4°. 1.) 1ª—84ª. Adamus Bremensis, Gesta pontificum Hammenburgensium. 2.) 85ª—188ᵇ. Formæ litterarum. Wattenbach 10, 557—560.

522. [Salisb. 379.] m. X. 205. 4°. 1.) 1ª—2ᵇ. Scholastica de evangeliis. Incip.: 'Incipiunt nomina evangelii...' et explic.: 'vitam post mortem.' 2.) 2ᵇ—3ª. Versus de conditore templi cujusdam. Incip.: 'Culmina ampla uides hec, hanc quis conderet ædem...' et expl.: 'Supremo sanctorum millibus in sorte sacellum.' 3.) 3ª—29ª. Beda venerabilis,

Digitized by Google

De natura rerum. 4.) 29ª—57ª. Gregorius Magnus papa, Concordia quorundam testimoniorum scripturæ. 5.) 57ª—113ᵇ. Collectio canonum ecclesiæ, 250 capitulis comprehensa. Incip.: 'Innocencius de causis inquit...' Expl.: 'deus stetit in synagoga.' 6.) 113ᵇ—192ᵇ. Capitula canonum numero 404. Incip.: 'Domine et sancte pater patrum...' et expl.: 'dilatio usuram parturiit.' 7.) 192ᵇ—194ᵇ. 'De reliquis sextæ ætatibus.' Incip.: 'Hec decursu præteriti sæculi...' et expl.: 'quando reuertatur a nuptiis.' 8.) 194ᵇ—195ᵇ. 'De trina operatione fidelium quando veniat dominus.' Incip.: 'Cuius quidem aduentus...' et expl.: 'infirmat aut negat.' 9.) 195ᵇ—198ª. De temporibus Antichristi. Incip.: 'Duo sane certissima...' et expl.: 'probatio est.' 10.) 198ª—201ᵇ. De die judicii. Incip.: 'Adueniet autem dies...' et expl.: 'cum illo fuerimus.' 11.) 201ᵇ—205ª. De septima et octava ætate sæculi futuri. Incip.: 'Et hæc est octava illa ætas...' et expl.: 'mereamur accipere palmam.' Cf. Wattenbach 10, 555.

523. [Hist. prof. 702.] m. XIV. 32. 4°. Guilelmus de Boldensel, Hodoeporicum in terram sanctam.

524. [Rec. 3184.] m. XIV. 33. 4°. Martinus Polonus, Chronica usque ad Carolum Magnum. Cætera desunt. Wattenbach 10, 542.

525. [Rec. 3101.] m. XIV. 27. 4°. Annales Claustroneoburgenses et Claravallenses, cum Memoria ducum defunctorum et Narratione de pugna Mühldorfensi. Cf. Wattenbach 10, 539.

526. [Philol. 187.] m. XIII. 124. 4°. 1.) 1ª—11ª. Joannes Lemovicensis, Somnium Pharaonis. 2.) 11ª—16ᵇ. Formæ epistolarum res Italicas concernentium. 3.) 17ª—29ª. Formæ epistolarum reginæ Bohemiæ Cunigundis, compilatæ a quodam Magistro Boguslao, ut videtur, cum continuatione in foliis 57ª—60ª, 122ª et 124ª. 4.) 29ª—40ª. Petrus de Vineis, Dictamina, cum continuatione in foliis 72ª—80ᵇ. 5.) 40ᵇ—57ª. Magister Thomas, Formæ epistolarum ut videtur Curiæ Romanæ. 6.) 60ª—72ª. Formæ privilegiorum 'ad omnem materiam.' 7.) 80ᵇ—95ᵇ. Bernardus Carnotensis seu Silvester, Megacosmus seu opus physicum De universitate, partim prosa, partim versibus constans. Præcedit prologus. Textus incip.: 'Congeries informis adhuc...' et expl.: 'omnificasque manus.' 8.) 95ᵇ—111ᵇ. Galfredus Anglus seu Godofredus de Vinosalvo, Poetria nova cum scholiis. 9.) 112ª—115ᵇ. Q. Horatius Flaccus, De arte poetica cum scholiis. 10.) 116ª—121ᵇ. Fragmentum de variis utensilibus domus et artificiorum variorum ordinum. Incip.: 'penso et tradula.' Expl.: 'nomina uel uocabula.' 11.) 121ᵇ. Varia excerpta theologica, ut de conscientia, de miraculis, de forma, essentia, quiditate etc. nec non Series notarum chronologicarum historiam universalem concernens, a mundo condito usque ad nativitatem Jesu Christi. 12.) 122ᵇ—123ª. Notæ quædam theologicæ, ut de peccatis, de libero arbitrio, de prædestinatione etc. parvi momenti. 13.) 124ª. Diploma anni 1281 Ottonis marchionis Brandenburgensis, reginam Bohemiæ Cunigundem concernens. 14.) 124ᵇ. Alphons rex

Digitized by Google

Germaniæ, Epistola ad reginam Bohemiæ, data Sibiliæ 1280. Cf. Wattenbach 10, 520.

527. [Hist. prof. 666.] m. XIV. 93. 4°. 1.) 1ª—52ᵇ. De sanctitate meritorum et gloria miraculorum beati Karoli Magni. 2.) 53ª—87ᵇ. Pseudo-Turpinus, Gesta beati Karoli in Hispania. Differt pluribus locis ab impressis exemplaribus. 3.) 88ª—93ᵇ. Officium ecclesiasticum in honorem et memoriam Karoli Magni compositum. Cum neumis. Cf. Kollar, Analecta 1, 468.

528. [Eug. Q. 3.] m. XV. 438. 4°. Jacobus a Voragine, Legenda aurea.

529. [Hist. prof. 667.] m. IX. 43. 4°. 1.) 1ª—13ᵇ. Einhardus, Vita Karoli Magni. 2.) 13ᵇ—43ᵇ. Vita Hludovici imperatoris, major dicta.

530. [Hist. prof. 642.] m. XV. 55. 4°. 1.) 1ª—41ᵇ. Leonardus Brunus Aretinus, Historia de suis temporibus. 2.) 42ª—55ᵇ. Idem, De studiis litterarum ad Baptistam Malatestam.

531. [Hist. eccles. 115.] m. XII. 6. 4°. 1.) 1ª—3ᵇ. 'Visio quam vidit Karolus de suo nomine tertius Imperator.' 2.) 3ᵇ—6ª. De Vita beati Hieronymi. Incip.: 'Quadam die aduesperascente...' et expl.: 'Neque finientur in sæcula sæculorum.' 3.) 6ª—6ᵇ. De viro prudenti, Contemplatio in fine mutila. Incip.: 'Prudentem qui se uirtute...' et explic.: 'nec petit nec formidat...'

532. [Hist. eccles. 110.] m. XII et XIV. 130. 4°. 1.) 1ª—26ᵇ m. s. XII. De Vita S. Johannis, archiepiscopi Alexandrini, ad Nicolaum papam. 2.) 26ᵇ m. s. XII. Præcatio ad deum 13 linearum in benedictione carnis ovium. Incip.: 'Deus creator uniuerse carnis, qui noe et filiis ejus...' et expl.: 'Spiritualibus reple deliciis per eundem dominum.' 3.) 27ª—31ᵇ m. s. XII. Passio sanctorum Cypriani episcopi et Justinæ virginis. Incip.: 'Illustratione domini et saluatoris nostri...' et expl.: 'Sanctitatem eorum meritis præstante domino nostro...' 4.) 32ª—47ᵇ m. s. XII. Beda venerabilis, Liber tertius historiæ ecclesiasticæ gentis Anglorum. 5.) 47ᵇ m. s. XII. Aliquot Canones concilii Remensis anni 1148. 6.) 48ª—57ª m. s. XII. Einhardus, Vita Karoli Magni. 7.) 57ª—79ª m. s. XII. Monachus S. Gallensis, De gestis Karoli Magni. 8.) 79ᵇ m. s. XII. Hymnus in matrem dei. Incip.: 'Mole grauati criminum...' et expl.: 'in ereditate domini morabor.' 9.) 80ª—126ᵇ m. s. XIV. Annales regum Francorum Pipini, Karoli Magni et Ludovici Pii. 10.) 127ª—130ᵇ m. s. XIV. Waleramnus episcopus Naumburgensis, De investituris ecclesiarum. Cf. Wattenbach 10, 456 et Kollar Analecta 1, 457.

533. [Theol. 423.] m. XIV. 80. 4°. 1.) 1ª—75ᵇ. Ivo episcopus Carnotensis, Epistolæ 203. Epistolæ 176 et 188 in editione Parisiensi anni 1647 desunt. 2.) 75ᵇ—78ᵇ. Paschalis II papa, Epistolæ ad Anselmum Cantuariensem. Anselmi responsum; Epistola Johannis cardinalis, ut videtur ad eundem Anselmum hujusque epistola ad Mauritium monachum Beccensem. Anecdota Epistola Johannis incipit: 'Nos qui ad ecclesiastici certaminis palestram inungimur...' et expl.: 'non potuit

Digitized by Google

consummare legem.' 3.) 78b—80b. Anselmus Cantuariensis, Excerpta ex ejus opere: 'De concordia præscientiæ.' Cf. Denis I, CCXCIV.

534. [Hist. eccles. 121.] m. X. 227. 4°. Vitæ et passiones Apostolorum. Desunt initium et finis. Incip.: '...querendi quid ille...' et expl.: 'qui illum cursu rapido...'

535. [Hist. eccles. 122.] m. XIII. 18. 4°. Acta S. Matthiæ apostoli.

536. [Hohend. Q. 87.] m. XIV. 37. 4°. Directorium ad passagium faciendum, ad Philippum Franciæ regem anno 1332. Incip.: 'De celsitudinis vestre sancto proposito...' et expl.: 'non momentaneum et terrenum, sed perpetuum et celeste.' Videtur opus monachi cujusdam ordinis prædicatorum.

537. [Rec. 3286a.] m. XIV. (1386.) 64. 4°. Synodus Pragensis anni 1349. Addita sunt: 'Statuta synodalia' manu paulo recentiori scripta. Denis II, DCCCCXLV.

538. [Hist. prof. 669.] m. XIII. 124. 4°. Regino abbas Prumiensis, Chronicon cum continuatione usque ad annum 967.

539. [Hist. prof. 668.] m. XII et XIV. 105. 4°. 1.) 1a—32b m. s. XII. Honorius Augustodunensis, Imago mundi usque ad Konradum III continuata. 2.) 32b—34a m. s. XII. Series pontificum usque ad Alexandrum III. 3.) 34b—105b m. s. XII et XIV. Annales Mellicenses cum continuatione Claustroneoburgensi et Sancrucensi, quarum ultima usque ad annum 1310 pertinet. Cf. Wattenbach 10, 476.

540. [Hist. prof. 672.] m. XIII, XV et XVI. 174. 4°. 1.) 1a m. s. XV. Sex versus hexametri de origine ordinis Carthusiensis et notata eundem ordinem concernentia. 2.) 1a. Quinque versus de pugna Friderici ducis Austriæ et Ludovici Bavariæ ducis anno 1322 apud Mühldorf. 3.) 1b—8b m. s. XIII. Petrus Comestor, Historia scholastica. Fragmentum. 9—12 vacant. 4.) 13a—159b m. s. XIII. Otto Frisingensis, Chronicon cum Continuatione Ottonis a S. Blasio, in fine mutila. 5.) 160a—174a m. s. XVI. 'Des Lanndes Osterreich Freyhait.' Privilegia Henrici IV, Friderici II, Rudolphi I, Wenceslai et Karoli IV. Cf. Chmel 1, 550. Wattenbach 10, 477.

541. [Hist. eccles. 111.] m. XII. 5. 4°. Theodoricus Vita S. Conradi archiepiscopi Trevirensis.

542. [Hist. eccles. 124.] m. XIII. 12. 4°. 1.) 1a—11a. Henricus Saltariensis monachus, De purgatorio S. Patricii. 2.) 11a—12a. Visio de duobus monachis, qui abbati post mortem apparuerunt. Incip.: 'T. abbas Cisterciensis, postea in Flandria episcopus, attestatur...' et expl.: 'omnis anime voluntatis bone.' 3.) 12a—12b. Visio oblata cellerario cujusdam coenobii in Gallia ad commendandum monachis opus manuum. Incip.: 'Ante hos annos comperi rem non incertam, testimonio approbandam...' et expl.: 'uicissim recipiant graciam.'

543. [Hist. prof. 678.] m. XIII. 218. 4°. 1.) 1a—109b. Rationarium Austriæ. Folia 12b, 13, 25, 26b, 27—29, 47b—49, 55 et 110 vacant.

Digitized by Google

2.) 111ᵃ—187ᵇ. Rationarium Styriæ annorum 1265—1267, auctore Helwico Thuringo, Ottacari regis Bohemorum notario. Folia 172, 173, 188 et 189 vacant. 3.) 190ᵃ—195ᵇ. Continuatio Rationarii Austriæ. 196 et 197 vacant. 4.) 198ᵃ—210ᵇ. De finibus Austriæ et Styriæ. 201ᵃ vacat. 5.) 211ᵃ—216ᵇ. Diplomata Imperatoris Friderici I dto. 1 Julii 1179, Friderici ducis Bohemiæ de anno 1185, Imperatoris Henrici VI et Friderici II de anno 1245. 6.) 217ᵃ—218ᵃ. Continuatio Rationarii Styriæ. Cf. Chmel 1, 569. Wattenbach 10, 477.

544. [Philol. 268.] m. XIII. 16. 4°. Gualterus de Castiglione, Pars Alexandreidos ejus, et quidem Lib. I—VII. 41. et Lib. X. a versu 'Nil agis o demens' usque ad versum 'Optimus inquit...'

545. [Rec. 528.] m. XIV. 127. 4°. 1.) 1ᵃ—35ᵇ. Chronica Hungarorum acephala, incipiens a rege Stephano I et pertinens usque ad regem Ludovicum I. Differt a Chronica Thuroczii et a sic dicto chronico Budensi. Incipit: 'regnum illud Hungariæ Erdeli, quod irrigatur plurimis fluviis...' et expl.: 'solempniter et honorifice coronarunt.' 35ᵃ—47ᵇ vacant. 2.) 48ᵃ—78ᵃ. Gesta Alexandri Magni. Incip.: 'Alexander Magnus Philippi ut putabatur...' et expl.: 'emulatione consumpserunt.' 3.) 78ᵇ. Notata de Germaniæ ducibus, de coronatione imperatoris etc. 79 vacat. 4.) 80ᵃ—106ᵇ. Odoricus seu Ordericus Forojuliensis, De mirabilibus mundi seu Historia peregrinationis per Asiam. 5.) 106ᵇ. Tractatus de urina. Incip.: 'Urina universaliter hoc modo cognoscitur...' et expl.: 'virtutis fortitudinem.' 6.) 107ᵃ—111ᵇ. Prophetiæ a quodam fratre Gentili, extractæ e Tractatu Arnaldi de Villanova, cui titulus: 'De cimbalis ecclesiæ...' Incip.: 'Infra scriptam prophetiam, que incipit...' et expl.: 'solus habet scientiam, qui nunc...' 7.) 112ᵃ—119ᵃ. Aenigmata quædam physica et arithmetica. Incip.: 'Quare tum homo mortuus...' et expl.: 'duodecimum numerum.' 8.) 119ᵇ—122ᵇ. Daniel propheta, Somniarius. 9.) 122ᵇ—124ᵃ. De lunationibus cujuslibet mensis. Incip.: 'Luna prima si infans...' et expl.: 'reuelabitur sine periculo.' 10.) 124ᵃ—127ᵇ. Index vocabulorum synonymorum. Incip.: 'Inter auxilium, præsidium, subsidium...,' et expl.: 'interest quod inuenta...' Cætera desunt.

546. [Salisb. 414.] m. XII, XIII et XIV. 77. 4°. 1 vacat. 1.) 2ᵃ—2ᵇ m. s. XII. De sancto Ruperto episcopo Salisburgensi. 2.) 2ᵇ—3ᵃ m. s. XII. Successores proximi S. Ruperti. 3.) 3ᵃ—6ᵇ m. s. XII. Conversio Bajuvariorum et Carantanorum. 4.) 7ᵃ—8ᵇ m. s. XII. Tractatus asceticus incip.: 'Quomodo si fugiat uir...' et expl.: 'in facinora.' 5.) 9ᵃ—20ᵃ m. s. XII. Commentarius in proverbia Salomonis. Incip.: 'Parabole qua lingua dicuntur...' et expl.: 'bona amiserunt.' 6.) 20ᵃ—29ᵇ m. s. XII. Commentarius in Ecclesiastem. Incip.: 'Quod nominibus vocatus est Salomon...' Expl.: 'mandata ejus custodit.' Cf. Alcuini opera. Paris. 1670, p. 311. 7.) 30ᵃ—49ᵇ m. s. XII. Origenes, Epistola ad clericos. 8.) 49ᵇ—50ᵇ m. s. XII. Series pontificum Romanorum usque ad Anastasium IV. 9.) 50ᵇ m. s. XII. De monstris. Incip.: 'De monstris hominum naturis atque ferarum...' et expl.: 'for-

Digitized by Google

mam reddat.' 10.) 51ª m. s. XII. Hesidion, De ætate animalium. Incip.: 'Ter binos deciesque nouem super exit in anno...' et expl.: 'fecundo litore lucos.' 11.) 51ª m. s. XII. Aenigma aliquot versuum. Incip.: 'Quatuor eximii candoris...' Expl.: 'sic uigilabis in istis.' 12.) 51ᵇ m. s. XII. De fluminibus paradisi, de Indiæ populis Zaurobaugis etc. Incip.: 'Hæc quattuor flumina de uno fonte...' et expl.: 'et vineas de quibus vivunt.' 13.) 51ᵇ m. s. XII. De itinerario Clementis. Incip.: 'Per os coruus concipit' et expl.: 'apium et asparagum.' 14.) 51ᵇ m. s. XIII. Series ducum Bavariæ. Incip.: 'Hic sunt inscripti duces Bawarie...' et expl.: 'Heinricus dux undecimus. ex ducibus duo facti sunt imperatores.' 15.) 52ª—57ᵇ m. s. XIV. Postillæ in Apocalypsin initio mutilæ. Incip.: 'ecclesiam sive mundum.' Expl.: 'uocem clamoris letancium...' Cætera desunt. 16.) 58ª—75ᵇ m. s. XIV. Post fragmentum, incipiens: 'Cum proximo in nostro conuentu resideres et verbum secundum datam tibi sapientiam fratribus faceres' etc. sequuntur: 'Sermones solempniter de evangelio per anni circulum prædicabiles.' qui incip.: 'In illo tempore exiit edictum...' et expl.: 'regnemus quod prestare dignetur qui uiuit...' 17.) 75ᵇ—77ª m. s. XIV. Miscellanea theologica, incip.: 'Gregorius in moralibus rerum...' et expl.: 'illum uertat aut occidat.' 18.) 77ª—77ᵇ m. s. XIV. De peccato originali. Incip.: 'Originale peccatum in baptismate' et expl.: 'in tercio est omnis iusticia.' Wattenbach 10, 560.

547. [Hist. eccles. 126.] m. XV. 69. 4°. 1.) 1ª—11ª. Hymni de S. Virgilio. Incip.: 'Pangens chorus dulce melos...' et expl.: 'imitantes et in futuro seculo.' Cum notis musicis. 2.) 11ᵇ—48ᵇ. Legenda de S. Virgilio. 3.) 48ᵇ—56ᵇ. Alia Legenda de eodem, incip.: 'Gloriosus deus in sanctis suis...' et expl.: 'cuius exultationis participes nos efficiat...' 4.) 56ᵇ—69ᵇ. Odo Pictaviensis, Dialogus cum quodam judæo. Incip.: 'Cum Pictauis irem ad concilium...' et expl.: 'erant pro judei parte.' Wattenbach 10, 457.

548. [Rec. 2237.] m. XIII—XV. 81. 4°. Diplomatarium Carthusiæ Vallis jocosæ, id est Freudenthal, in Carniolia. Folia 75 et 76 Apographum Statutorum Carnioliæ, 'Lanthantuest' dictorum, continent. Denis II, DCCCLXIII.

549. [Jur. civ. 230.] m. XIV. 92. 4°. Jacobus Bertaldus, De consuetudine urbis Venetæ. Incip.: 'In nomine Jhesu Christi amen. Gracioso flamine lucis superne etc. Quoniam omne bonum a summo bono...' Expl.: 'sibi ad portandum et dandum.'

550. [Hist. eccles. 123.] m. X. 135. 4°. 1.) 1ª—2ᵇ. Jonas episcopus Aurelianensis, Epistola ad Waltcaudum Leodiensem episcopum. Incip.: 'Domino honorabiliter uenerando et uenerabiliter honorando...' Expl.: 'baculo sustentare dignare.' 2.) 2ᵇ—32ª. Vita S. Hugberti cum prologo, qui in editione Surii deest. Incip.: 'Cum constet propagatricem fore dominicæ laudis relationem...' Expl.: 'posteritati legenda contradere.' 3.) 33ª—37ª. Passio S. Luciæ. Incip.: 'Cum per uniuersam prouinciam beatissime uirginis...' et expl.: 'et quousque mundus steterit.'

Digitized by Google

4.) 37ª—40ª. Passio S. Anastasiæ. Incip.: 'Igitur ut supra dictum est tradita Anastasia...' et expl.: 'ad laudem nominis sui usque in finem seculi.' 5.) 40ª—59ª. Passio S. Cæciliæ. Incip.: 'Humanas laudes et mortales epulas...' Expl.: 'usque in odiernum diem in gratiam...' 6.) 59ª—74ª. Passio B. Eugeniæ. Incip.: 'Imperator illustrem uirum Philippum direxit...' Expl.: 'ad siderea regna migrauerunt regnante...' 7.) 74ª—84ᵇ. Passio S. Euphemiæ. Incip.: 'Sub Diocletiano imperatore proconsule autem Prisco...' Expl.: 'partem habere cum illa...' 8.) 85ª—93ᵇ. Pseudo-Hieronymus, Libellus de nativitate B. Mariæ virginis. 9.) 94ᵈ—108ᵇ. Vita S. Vedasti episcopi et confessoris. 10.) 109ª—112ª. Alcuinus, Homelia in die natali S. Vedasti pontificis. 11.) 112ª. Idem, Versus duo in abbatem Radonem. 12.) 112ª—112ᵇ. Idem, Hymnus in S. Vedastum. Incip.: 'Christe saluator hominis...' et expl.: 'Laude perenni.' 13.) 113ª—113ᵇ. Idem, Versus aliquot in S. Vedastum. 14.) 114ª—125ᵇ. Passio S. Faustini et Jovitæ. 15.) 115ᵇ—129ᵇ. S. Ambrosius, Commentarius in epistolam primam Pauli ad Corinthios. Excerpta. Incip.: 'Quod si se non continet...' et expl.: 'in corpus suum peccat.' 16.) 130ᵇ—135ª. Passio S. Christophori martyris. Incip.: 'Fuit igitur passus sub Dagno...' Expl.: 'Passus est S. Christophorus VIII Kal. Aug. in Samon ciuitate regnante domino...'

551. [Jur. can. 114.] m. XIV. 27. 4°. Diplomata ecclesiæ Salisburgensis, sæculi XII et XIII. Diplomata undeviginti priora unum corpus efficiunt, vigesimum autem, recentiori manu adscriptum, est epistola Gregorii X. Papæ ad Rogerium de Merlomonte 'pro negotio decimæ nuper in concilio Lugdunensi in subsidium Terræ Sanctæ deputatæ', spectans ecclesias Moguntinam, Trevirensem et Salisburgensem. Wattenbach 10, 490.

552. [Hist. eccles. 143.] m. X. 112. 4°. 1.) 1ᵇ—12ª. Passio SS. Agnetis et Emerentianæ. 2.) 12ᵇ—21ᵇ. Passio S. Agathæ. Incip.: 'In diebus illis sub Decio imperatore.' Explic.: 'gloriam semper tribuit et honorem, cui est regnum...' 3.) 22ª—45ᵇ. Passio SS. Valeriani, Tiburtii, Maximi et Cæciliæ. Incip.: 'Humanas laudes et mortalium infulas.' Explic.: 'coronauit martyrem suam in pace, cui est honor...' 4.) 45ᵇ—51ª. Passio S. Luciæ. 5.) 51ᵇ—59ᵇ. Passio S. Andreæ Apostoli. Incip.: 'Passionem S. Apostoli Andreæ, quam oculis nostris uidimus.' Explic.: 'ad agnitionem ueritatis uenire, ipsi gloria...' 6.) 59ᵇ—107ª. Passio S. Sebastiani. 7.) 107ª. Sex versus theotisci, Benedictionem canum gregis continentes. 8.) 107ª. Exorcismus contra serpentem, theotisce. 9.) 107ᵇ—112ª. Passio S. Kiliani et sociorum ejus.

553. [Hist. eccles. 133.] m. XI. 151. 4°. Passionale, a tribus librariis scriptum. Finis deest.

554. [Hist. eccles. 119.] m. XI. 88. 8°. 1.) 1ª—88ª. Vita S. Udalrici: 2.) 88ᵇ. Diploma historiam monasterii Ossiacensis illustrans. Incip.. 'Subscripti testes sunt.' Explic : 'famuli monasterii.'

Digitized by Google

555. [Univ. 1018.] m. XV. 14. 4⁰. Regula domus S. Spiritus, quæ est Viennæ ante portam Carinthianorum. Denis II, DCCXL.

556. [Hist. prof. 746.] m. XIV. 116. 4⁰. 1.) 1ᵃ—52ᵃ. Carolus IV Imperator, Autobiographia latine. 2.) 53ᵃ—69ᵃ. Idem, Moralitates. (Excerpta e Scriptura Sacra cum explicationibus.) Incip.: 'Sedechias primus fuit.' Explic.: 'Beati qui custodiunt uias meas.' 3.) 69ᵇ—91ᵃ. Ordo coronationis regum Bohemorum. Incip.: 'Ante indumenta dicatur.' Explic.: 'ad eternam perueniat hereditatem per dominum.' 4.) 91ᵃ—116ᵃ. Johannes, Archiepiscopus Pragensis, Sermo funebris in Carolum IV Imperatorem. — Codici adligatus est fasciculus foliorum chartaceorum septem, quo continetur: Ordo ad benedicendum regem, in cujus fine adscripta exstant hæc: 'Descriptum ex codice membraneo bibliothecæ Tridentinæ, in cujus prima pagina hæc adnotavit Bernardus Clesius episcopus Tridentinus: 'Istum librum ex alio antiquo fecimus transcribi cum Pragæ essemus cum Ferdinando Hungariæ et Bohemiæ rege (1527) etc.'

557. [Hist. prof. 686.] m. XII—XV. 101. 4⁰. 1.) 1ᵃ—45ᵇ m. s. XII. Chronicon Trevirense, usque ad Adalberonem Episcopum (1132). 2.) 46ᵃ—65ᵃ m. s. XV. Beltramus de Mignanellis, Vita et res gestæ Barcok, dicti Al-Malek Al-Dahar. Inscriptio rubra: 'Ascensus Barcoch serui venditi ad apicem soldanatus Egypti et Sirie, qui postea appellatus fuit Beseid Barcoch Melech El dahar etc.' Incip.: 'Cum igitur Barcoch adolescens in propria patria.' Explic.: 'scandala multa innumerabilia, incredibilia et indicibilia orta sunt.' — 65ᵇ et 66ᵃ vacant. 3.) 67ᵃ—76ᵇ m. s. XV. Idem, Historia Tamerlani. Titulus: 'Gesta impiissima viri nomine Thomorlengh in partibus Sirie et Turchie nec non miserabilis desolatio pro dolor famosissime ciuitatis Damasci etc.' Incip.: 'Anno igitur MCCCC de mense Octobris quidam vir...' Explic.: 'Thomor claudus representat in lingua illorum...' 77 vacat. 4.) 78ᵃ—79ᵇ m. s. XV. Idem, De religione Muhammedana et de perfidia Judæorum. Incip.: 'Cum hactenus viderim et in presentiarum videam multos.' Explic.: 'in hac ciuitate conjugatum et habitantem.' 5.) 80ᵃ—81ᵃ m. s. XV. De statura Christi et ejus complexione. 6.) 81ᵃᵇ m. s. XV. Pilatus, Epistola ad Claudium Imperatorem. 82ᵃ—89ᵃ vacant. 7.) 90ᵃ—93ᵇ m. s. XII. Chronica mundi, quæ inscribitur: 'De sex ætatibus mundi', ad annum usque 762. 8.) 94ᵃ—97ᵇ m. s. XII. Catalogus Paparum, usque ad Paschalem II. 9.) 98ᵃ—101ᵇ m. s. XII. Brevis historia Imperii Romani. Incip.: 'Scripturus romanum imperium primum dicendum arbitror.' Explic.: 'filius ejus Henricus quintus regnauit.' Lambecius 2, 977.

558. [Hist. eccles. 116.] m. XV. (1478.) et XVI. 76. 4⁰. 1.) 1ᵃ—62ᵇ m. s. XV. Necrologium monasterii S. Magdalenæ civitatis Hamburgensis. In fine hæc adscripta reperiuntur: 'Orate deum pro amina fratris Bartoldi Papen, qui scripsit hunc libellum anno domini 1478.' 2.) 63ᵃ—70ᵃ m. s. XVI. Diplomata, quibus historia monasterii S. Magdalenæ illustratur (lingua Germaniæ inferioris). 3.) 70ᵇ—71ᵃ. Conti-

Digitized by Google

nuatio Necrologii. 4.) 71b—76a. Continuatio diplomatum. Diploma, quod exstat in fol. 71b, latine scriptum est.

559. [Theol. 469.] m. XIV. (1357.) 151. 4°. Petrus Blesensis, Epistolæ. Denis I, CCXCVI.

560. [Hist. eccles. 114.] m. XIII. 158. 8°. 1.) Gesta et passiones Apostolorum. Epilogus desideratur. 2.) 146a—158a. Passio S. Matthiæ apostoli. Incip.: 'Igitur gloriosissimus apostolus domini nostri,' Explic.: 'ad laudem dei omnipotentis qui viuit...'

561. [Hist. prof. 682.] m. XIII. 75. 4°. Hugo Floriacensis, Chronicon, in ipso codice Ivoni Carnotensi tributum. Wattenbach 10, 477.

562. [Nov. 609.] m. XIV. 110. 4°. Cum figuris calamo exaratis. 1.) 1a—95b. Chronicon a creatione mundi usque ad annum 1220, 'Liber historiarum' inscriptum. Incip.: 'Volens acta antiquorum patrum.' Explic.: 'ubi ab Aldibrando priore loci...' 2.) 96a—102a. Catalogus Paparum usque ad Innocentium IV. (1243.) 3.) 102b—108b. Provinciale prælatorum. 4.) 108a—110a. Vaticinium de Carolo quodam, Francorum et Romanorum rege. Incip.: 'Post Karolum ejus filius Karolus regnum suscipiet.' Explic.: 'binos idus triplicatos.' Wattenbach 10, 504.

563. [Hist. eccles. 120.] m. VII—XII. 168. 4°. 1.) 1a—12a m. s. XI. Passio S. Gorgonii. Initium deest. Incip.; 'Non enim obest, si a nobis.' Explic.: 'Gorgonius genti Saxonum et ecclesiæ mindonensi patrocinatur regnante...' 2.) 12a—57b m. s. XI. Miracula S. Gorgonii. Incip.: 'Descripturus quedam miracula patroni nostri.' Explic.: 'perducere dignetur omnipotens deus...' Quinquaginta octo folia priora scripta sunt jussu Mainardi abbatis (cfr. fol. 58a) et erant monasterii Novivillariensis (Neuvillers) Alsatiæ. Librario nomen fuit Arnulfus (cfr. fol. 58b). 3.) 58b—59a m. s. XII. Responsoria cum neumis. 4.) 59b—112a m. s. XI. Vita S. Brandani. Incip.: 'Nepotis Althildæ genere.' Explic.: 'antecedebat illos et iter eorum dirigebat.' 5.) 113a—121b m. s. XII. Werinharius, Vita S. Adelfi. Prologus incip.: 'Illustrata caritatis flamma.' Explic.: 'ad narrandi seriem stilum vertamus.' Narratio incip.: 'Igitur eximiæ sanctitatis vir.' Explic.: 'hoc autem bonis et religiosis sacerdotibus injunxit officium.' Finis desideratur. 6.) 122a—168b m. s. VII. Excerpta e Patribus (Cæsario, Gregorio, Augustino, Ambrosio). Incip.: 'que accederunt nobis siue bona siue mala.' Explic.: 'considerat hoc ipsum judicium de ex altare.' Initium et finis desunt. Folia 122a—177b (145. 155. 157. 158 et 160 desiderantur), sunt rescripta. Scriptura antiquior textum Evangelii Nicodemi exhibet.

564. [Hist. prof. 699.] m. XV. (1491.) 155. 8°. Albertus de Bonstetten, Historia domus Austriæ, Carolo VIII Franciæ regi dicata. Dedicatio incip.: 'Serenissimo principi ac heroi domino Karolo', et explic.: 'maternum genus adornatur. Iterum uale Ex Heremo X Kal. Mayas anno MCCCCLXXXXI.' Narratio incip.: 'Austria ager proximus Hungaris,

Digitized by Google

Bohemis et Bauaris', et explic.: in summam complacentiam recensuisse.' Chmel 1, 568.

565. [Rec. 2019. a.] m. XIII. 271. 4°. 1.) 1ª—261ª. Passionale inde a die festo S. Andreæ usque ad festum S. Catharinæ. 2.) 261ᵇ—262ᵇ. Vita S. Jacobi Intercisi. 3.) 263ª—264ª. Vita S. Pastoris abbatis. 4.) 264ᵇ. Vita S. Johannis abbatis. 5.) 264ᵇ—271ª. 'In dedicatione ecclesie.' Incip.: 'Dedicacio ecclesie inter alias festiuitates...' et expl.: 'ut tandem in eo habitare dignetur per graciam.'

566. [Salisb. 328.] m. XIV. 141. 4°. 1.) 1ª—8ᵇ. Decisiones Concilii Vindobonensis anni 1267. 2.) 8ᵇ—21ᵇ. Concilii Herbipolensis anni 1287. 3.) 22ᵇ—29ᵇ. Concilii Salisburgensis anni 1274. 4.) 31ª—35ᵇ. Concilii Salisburgensis anni 1281. 5.) 36ª—37ᵇ. Concilii provincialis Salisburgensis anni 1310. 6.) 37ᵇ—40ª. Synodi Salisburgensis anni 1298. 7.) 40ª ᵇ. Synodi Salisburgensis anni 1310. Hic quattuor folia exciderunt. 8.) 41ª—63ª. Concilii Lugdunensis, tempore Innocentii IV habiti. 9.) 63ᵇ. Concilii Salisburgensis anni 1274. 10.) 64ª—65ᵇ. Synodi Salisburgensis anni 1298. 11.) 66ª—77ᵇ. Bonifacius VIII, Benedictus XI et Joannes XXII, Constitutiones. 12.) 78ª ᵇ. Juramentum præstandum in synodo. 13.) 78ᵇ—80ᵇ. Decisiones Concilii Vindobonensis anni 1267. 14.) 81ª—82ª. Concilii Salisburgensis anni 1274. 15.) 82ª—85ª. Concilii Salisburgensis anni 1281. 16.) 85ª—93ª. Concilii Herbipolensis anni 1287. 17.) 93ª—95ᵇ. Synodi Salisburgensis anni 1298. 18.) 96ª—119ᵇ. Proverbiorum Salomonis Cap. I—XXV, 18; Ecclesiastes, inde a Cap. VI, 6 usque ad finem, et Canticum canticorum. 19.) 119ᵇ. Urbarii fragmentum. 20.) 119ᵇ. Cantus ecclesiasticus cum neumis. 21.) 120ª—141ᵇ. Innocentius III Papa, De miseria humana. Wattenbach 10, 554.

567. [Hist. prof. 742.] m. XV. 17. 4°. Conradus Turst, De situ Confoederatorum, i. e. Helvetiæ. Cum mappa in fol. Opus Senatui urbis Bernæ dicatum. Dedicatio incip.: 'Vos edoctos credo, generosi, nobiles, strenui ac prudentissimi domini.' Explic.: 'alacrem dantis voluntatem metiamini.' Textus incip.: 'Gallorum omnium fortissimi estis uos Heluetii...' Explic.: 'semoto XXIIII millia de Constantia passus.'

568. [Philol. 258.] m. XIII. 94. 4°. Gualterus de Castellione, Alexandreis, cum prologo et commentario. In fine leguntur: 'Thomas Cantuariensis episcopus passus est anno domini MCLXX et eodem anno inceptus fuit liber iste a magno Gualthero, finitus autem fuit anno domini MCLXXV.'

569. [Rec. 3080.] m. XIII. 265. 4°. Jacobus de Voragine, Legenda aurea.

570. [Salisb. 365.] m. XIII. 35. 4°. Commentarius in decretum Gratiani. Incip.: 'Quoniam in omnibus rebus animadvertitur id esse perfectum.' Explic.: 'admissa benedicamus...' Finis deest.

Digitized by Google

571. [Jur. civ. 242.] m. XV. 15. 4°. **Statuta facultatis theologicæ studii Vindobonensis.** Lambecius 2, 125.

572. [Hist. prof. 819.] m. XIV. 34. 4°. Engelbertus Abbas Admontensis, Tractatus de ortu et fine Romani Imperii.

573. [Hist. eccles. 135.] m. XII. 137. 4°. c. miniat. 1.) 1ª—9ª. Udalscalcus, Vita Adalberonis, Episcopi Augustani. 2.) 9ᵇ—18ᵇ. Passio S. Narcissi Episcopi. 3.) 19ª—25ª. Hymnus in laudem S. Ulrici, versibus hexametris, cum neumis. 4.) 26ª—107ª. Berno, Vita S. Ulrici. 5.) 107ᵇ—125ᵇ. Udalscalcus, Vita S. Conradi Episcopi Constantiensis. 6.) 125ᵇ—137ª. Udalricus Episcopus Constantiensis, Translatio S. Conradi Episcopi Constantiensis.

574. [Hist. eccles. 136.] m. XIV. 51. 4°. 1.) 1ª—4ª. Indulgentiæ et reliquiæ ecclesiarum urbis Romæ. Incip.: 'Nota quod a mundi creatione.' Explic.: 'sit eis absolutio omnium peccatorum.' 2.) 4ᵇ—18ᵇ. Samuel Israelita, Epistola de adventu domini, quam e lingua arabica in latinam transtulit Fr. Alfonsus Bonihominis. Incip.: 'Reverendissimo in Christo patri, fratri Hugoni magistro.' Explic.: 'corruptus homo penitus vel ignorans.' 3.) 19ª—20ᵇ. De interpretatione Scripturæ Sacræ. Incip.: 'Scribitur primo Ezechiel.' Explic.: 'bonorum electionem et malorum reprobationem.' 4.) 20ᵇ—22ª. Clemens VI Papa, Literæ super anno jubileo. Incip.: 'Clemens etc. Ad memoriam reducendo causam.' Explic.: 'Maledictionem se nouerit incurrisse.' 5.) 22ª—24ª. 'Epistola transmissa a Lucifero pape et principibus ecclesiasticis.' Incip.: Lucifer princeps tenebrarum terrestria...' Explic.: 'in robur promissorum.' 6.) 24ª—26ª. Ludovicus IV Imperator, Epistola ad Clementem VI Papam, d. d. Landshuti 18. Sept. 1343. Incip.: 'Sanctissimo in Christo patri ac domino etc. Diuina prudentia sacrosancte romane ac uniuersalis ecclesie summo pontifici. Ludowicus dei gratia romanorum rex.' Explic.: 'sigilli nostri fecimus appensione muniri. Datum et actum in castello nostro Lantzhuotensi...' 7.) 26ª—27ª. Eduardus III, Angliæ Rex, Epistola ad Clementem VI Papam, anno 1344 scripta. Incip.: 'Sanctissimo in Christo patri etc. deuota pedum oscula.' Explic.: 'per tempora prospera et longeua. Datum...' 8.) 27ᵇ—28ª. Cola di Rienzo, Citatio Imperatorum et Principum electorum Germaniæ d. d. 1. Augusti 1347. 9.) 28ᵇ—29ª. De inquisitione hæreticorum. Incip.: 'Primum jubeatur jurare.' Explic.: 'omnes conuertantur heretici hoc anno.' 10.) 29ᵇ—33ª. Vaticinia de Imperio Germanorum et de clero. Inscriptio rubra: 'Prologus Sibillæ.' Incip.: 'Sibille generaliter dicuntur.' Explic.: 'ignisque et sulphuris amnis.' 11.) 33ª—39ª. Johannes Scotus, In mysticam theologiam S. Dionysii episcopi (Areopagitæ). Incip.: 'In prologo super librum de diuinis nominibus.' Explic.: 'ab omnibus et super omnia absolutus.' 12.) 39ᵇ—52ᵇ. Johannes de Rupescissa vel Roquetaillé, Vademecum in tribulatione.

575. [Hist eccles. 144.] m. XI. 121. 8°. 1.) 1ª—36ᵇ. Vita S. Hildulfi Archiepiscopi Trevirensis. Incip.: 'Quicunque baptizati Christum induti sunt.' Explic.: 'mutanti absque sui mutatione. Ipsi laus continua honor

Digitized by Google

et gloria...' 2.) 37ª—43ᵇ. Martinus Episcopus Bracarensis, Formula honestæ vitæ. Præfatio incip.: 'Non ignoro, clementissime rex, flagrantissimam.' Explic.: 'honeste uiuentibus ualeant adimpleri.' Textus incip.: 'Quattuor uirtutum species.' Explic.: 'deficiente contempnat ignauiam.' 3.) 43ᵇ—57ª. Sextus Philosophus, Enchiridion sententiarum, a Rufino latine versum. 4.) 58ª—63ᵇ. S. Ambrosius, Sermo ad virginem devotam, ne cum hominibus hujus seculi amicitias habeat. 5.) 63ᵇ—75ª. Idem, Sermo ad virginem corruptam. 6.) 75ª—111ᵇ. Isidorus Hispalensis, Soliloquia. 7.) 111ᵇ—121ᵇ. De conflictu vitiorum atque virtutum liber, sæpe Isidoro Hispalensi tributus. Finis deest. Explic.: 'sensum sacre scripture prudenter non considerant.' In folio, quod inter thecam et fol. primum, numero non signatum exstat, legitur carmen hexametrum, quo Lambertus quidam Abbas codicem nostrum Wilhelmo cuidam dedicat.

576. [Hist. eccles. 145.] m. X, XIII et XIV. 118. 4°. 1.) 1ª—13ª m. s. X. Vitæ SS. Eucharii, Valerii et Materni, Episcoporum Trevirensium. Incip.: 'Quamuis beata vita Sanctorum apud omnipotentem.' Explic.: 'Se percepisse letabitur. Prestante domino nostro Jhesu Christo, qui cum patre...' 2.) 13ª—24ª m. s. X. Lupus Episcopus, Vita S. Maximi, Trevirorum episcopi. 3.) 24ª—32ª m. s. X. Gregorius Turonensis, Vita S. Nicetii abbatis. 4.) 32ª ᵇ m. s. X. Idem, Narratio de duobus miraculis in sepulcro S. Maximini factis. 5.) 33ª—40ª m. s. X. Lucianus, Revelatio corporis S. Stephani. Incip.: 'Humillimus et omnium infimus Lucianus presbyter.' Explic.: 'operetur miracula prestante domino nostro Jhesu Christo etc. Acta sunt autem hæc sub die decimo Kalendarum decembrium in Altino ciuitate sub Theodosio imperatore Augusto.' 6.) 40ᵇ—55ª m. s. X. Vita S. Severi Episcopi Ravennatis. 7.) 55ª—59ᵇ m. s. X. Passio S. Pancratii. 8.) 59ᵇ—64ᵇ m. s. X. Passio S. Luciæ. Incip.: 'Cum per universam Siciliæ prouinciam.' Explic.: 'Passa est autem S. Lucia in ciuitate siracusana sub die id. decemb...' 9.) 64ᵇ—80ᵇ m. s. X. Passio S. Vincentii diaconi. 10.) 81ª—85ª m. s. X. Passio S. Albani. Incip.: 'Temporibus Diocliciani et Maximiniani imperatorum.' Explic.: 'animas ad superne ciuitatis gaudia perfecto agone miserunt.' 11.) 85ª—96ª m. s. X. 'Revelatio quemadmodum caput S. Joannis, baptistæ precursorisque domini, de ciuitate Herodis Emissa sit delatum, quod est VI Kal...' Incip.: 'Duo quidam monachi de oriente.' Explic.: 'Immensa uero populi multitudo veniebat.' Finis deest. 12.) 97ª—116ᵇ m. s. XIV. Vita S. Liborii. 117ª vacat. 13.) 117ᵇ—118ᵇ m. s. XIII. Passio virginum XI millium. Incip.: 'Regnante domino Jhesu Christo cum per passionem suam.' Explic.: 'Omnium oculis gratiosa. Tu autem domine miserere nostri.' Wattenbach 10, 458.

577. [Hist. eccles. 138.] m. XII. 185. 4°. 1.) 1ᵇ—20ª. Flavius Josephus, De Macchabæis liber, qui hoc loco inscribitur: 'Passio Sanctorum Machabeorum major.' 2.) 20ª—29ª. Passio SS. Sergii et Bacchi. Incip.: 'In temporibus Maximiani imperatoris.' Explic.: 'ad loca propria reuertentur. Laudes itaque domino deo nostro referamus...' 3.) 29ª—34ª.

Digitized by Google

Passio S. Victoris Massiliensis. Incip.: 'Cum sub Diocleciano et Maximiano imperatoribus.' Explic.: 'celebratur dies natalis eorum XI. Kl. Augusti. Regnante...' 4.) 34ᵃ—54ᵇ. Passio S. Leodegarii episcopi. 55 vacat. 5.) 56ᵃ—67ᵃ. Passio SS. Cypriani et Justinæ. Initium desideratur. Incip.: 'fornicationes, nequitiam, iniquitatem.' Explic.: 'liberauit me de morte eterna et deduxit ad...' 6.) 67ᵃ—69ᵃ. Passio S. Cypriani. Explic.: 'Dum completi fuissent prophetici sermones.' Explic.: 'Perorationes beatissimorum glorificantes...' 7.) 69ᵃ—71ᵇ. Passio S. Remigii. 8.) 72ᵃ—83ᵃ. Vita S. Vedasti. Incip.: 'Postquam deus et dominus noster.' Explic.: 'gloriam peruenerit. Præstante domino nostro...' 9.) 83ᵃ—86ᵃ. 'Omelia in die natali S. Vedasti dicenda.' Incip.: 'Gaudete dilectissimi fratres.' Explic.: 'Auxiliante nos regi æterno...' 10.) 86ᵃ—89ᵃ. Vita S. Germani. Incip.: 'Cunctorum ueneranda atque sanctissima uita.' Explic.: 'secutus in lumine Christum...' 11.) 89ᵇ—93ᵃ. Vita S. Germani, cum titulo: 'In depositione S. Germani episcopi.' Incip.: 'Igitur germanus Anthisideorensis (sic) oppido.' Explic.: 'Horrentes ruinas quasi.' Finis deest. 12.) 93ᵇ—94ᵇ. Hymnus in laudem S. Jacobi. Incip.: 'Hujus diei gloria.' Explic.: 'deprecamur trinitas.' 13.) 95ᵃ—109ᵃ. Passio S. Kiliani. 14.) 109ᵃ—115ᵇ. Vita S. Burchardi. 15.) 115ᵇ—119ᵇ. Passio SS. Theonesti, Albani, Ursi, Tabram et Tabartham. Incip.: 'Temporibus impiissimi regis Honorii.' Explic.: 'operatur miracula præstante domino...' 16.) 119ᵇ—127ᵇ. Passio S. Christophori. Incip.: 'In illo tempore quo Dagnus rex.' Explic.: 'Passus est Sanctus Christophorus præstante...' 17.) 127ᵇ—137ᵃ. Passio S. Afræ. Incip.: 'Apud Ritias in ciuitate Augusta.' Explic.: 'memorauimus die VII. idus Aug. regnante...' 18.) 137ᵃ—140ᵃ. Sermo in Matthæi locum: 'Amen dico uobis, quia nisi abundaverit...' Incip.: 'Id est nisi non solum illa minima.' Explic.: 'ipse retribuet qui uiuit...' 19.) 141ᵃ—148ᵇ. Passio S. Lamberti Tungrensis. Incip.: 'Si paganorum sæva et nefanda.' Explic.: 'martyris est reddita.' 20.) 149ᵃ—153ᵇ. Revelatio B. Stephani protomartyris. Incip.: 'Domino Sancto et uenerabili hymesio.' Explic.: 'metet uitam æternam...' 21.) 153ᵇ—161ᵃ. Passio B. Pantaleonis. Incip.: 'Regnante impio et iniquo Maximiano.' Explic.: 'Adamanti scolastici...' 22.) 163ᵃ—175ᵇ. Passio SS. Chrysanthi et Dariæ. Incip.: 'Hystoriam priorum sanctorum.' Explic.: 'in gloria perpetue corone.' 23) 175ᵇ—184ᵃ. Eutychianus, Historia de poenitentia Theophili, Paulo Diacono interprete. 24.) 184ᵃ—185ᵇ. De colloquio Judæ presbyteri cum Maria Magdalena. Incip.: 'De Maria Magdalene narrat Josephus.' Explic.: 'ejusdem mulieris præstante....' Wattenbach 10,457.

578. [Univ. 238.] m. et ch. XIV et XV. 149. 8⁰. Fol. 1—69 duntaxat sunt membranacea. 1.) 1ᵃ—69ᵃ m. s. XIV, cætera m. s. XV. Martinus Polonus, Chronica ad annum usque 1287 pertinens. 2.) 70ᵃ—130ᵇ. Chronicon Germaniæ, Alsatiam et Austriam inprimis respiciens, inde ab anno 880 usque ad a. 1338. 3.) 132ᵃ—133ᵇ. Catalogus Paparum, Imperatorum et Regum cum quibusdam aliis notitiis. 4.) 134ᵃ—138ᵃ. Notitiæ historiam Germaniæ annorum 718—837 concernentes. Incip.: 'Leude-

Digitized by Google

sius namque cum majordomus esset.' Explic.: 'virgo regina permansit.' 5.) 138b—139b. Prophetia de pontificibus romanis. Incip.: 'Ascende calue.' Explic.: 'uiduatas relinquet.' 140—146 vacant. 6.) 147a—149b. Luciferi epistola ad papam et principes ecclesiasticos. Incip.: 'Lucifer princeps tenebrarum.' Explic.: 'robur permissorum.' Wattenbach 10, 570.

579. [Hist. eccles. 142.] m. XIII. 70. 8°. 1.) 1a—19b. Visio Tundali. Incip.: 'Hybernia igitur insula est in ultimo occidentali oceano posita.' Explic.: 'quatenus illi placeamus qui super est cunctis que ante diximus...' Prologus incip.: 'Venerabile ac domino devote domine', et explic.: 'ad commissum nobis opusculum deo adiuuante properemus.' 2.) 19b—28a. Visio fratris Wettini. 3.) 28a—34b. Narratio de raptu Baronti. 4.) 34b—39b. Johannes Presbyter, Literæ ad Emmanuelem Romanorum gubernatorem. 5.) 40a—70b. Vita Hermanni Josephi Steinfeld.

580. [Hist. eccles. 147.] m. XI. 178. 4°. 1.) 1a b. Isidorus Hispalensis, Procemia in Novum Testamentum. Initium deest. 2.) 1b. Idem, Prologus operis: Vita, ortus vel obitus Sanctorum, qui in domino præcesserunt. 3.) 2a—9b. Idem, Allegoriæ Novi Testamenti. 4.) 10a—19b. Beda Venerabilis, De locis sanctis. 5.) 20a—47b. Julianus Toledanus, Prognosticorum futuri sæculi libri III. Undeviginti capita priora libri I. desunt. 6.) 47b—50a. S. Hieronymus, Epistola consolatoria ad Tyrasium de morte filiæ suæ. 7.) 50a—51b. S. Augustinus, Sermo de eo quod dicitur: 'sursum corda habemus ad dominum.' Finis deest. 8.) 52a—58b. De conflictu virtutum et vitiorum liber perperam Isidoro Hispalensi tributus. Fragmentum. Incip.: 'Si lectioni continuato studio semper insistis.' Explic.: 'uigilanti studio attende que dico.' 9.) 59a—150b. Isidorus Hispalensis, Originum lib. VI, cap. 17 — lib. XV incl. 10.) 151a—165b. Chronica mundi usque ad annum 936 p. Chr. n. Inscriptio: 'Chronica beatorum Augustini et Hieronymi.' Incip.: 'In principio creauit deus coelum et terram.' Explic.: 'Landolfus princeps Beneuenti ann. VI.' 11.) 165a—168b. Isidorus Hispalensis, Chronica. 12.) 168b—171b. Beda Venerabilis, Chronicon. 13.) 171b—178a. Isidorus Hispalensis, De mensuris et ponderibus. Caput Originum ejus. 14.) 178b. Catalogus Imperatorum inde a Carolo Magno usque ad Henricum III. Wattenbach 10, 458.

581. [Hist. prof. 747.] m. XV. 92. 4°. cum miniaturis. 1.) 1a—64b. Autobiographia Caroli IV Imperatoris, bohemice. 2.) 65a—92a. Ordo coronationis regum Bohemiæ, bohemice.

582. [Nov. 239.] m. XVI. cum notitiis sæc. XVII et XVIII additis. 45. 4°. fol. 1 deest. Necrologium coenobii monialium, ut videtur Voraviensis.

583. [Univ. 239.] m. X. 216. 4°. 1.) 1a—82a. Victor Vitensis, Historia persecutionis Vandalicæ. 2.) 82b—216a. Paulus Diaconus, Historiæ miscellæ libri I—XVI.

584. [Univ. 234.] m. XIV. 92. 4°. Gualterus de Castellione, Alexandreis.

Digitized by Google

1203. [Theol. 64.] m. XIV. (1341) 319. f. c. init. c. et pict. m. 1.) 1ª et 1ᵇ. Notitia litteris uncialibus scripta: 'Anno.Domini.M.CCC.XLI.

Digitized by Google

Completa . Est . Biblia . Quam . Ditricus . Custos . Ecclesie . Sancti . Yoliti . Per . Duo . Paria . Comparauit . Et . Herwordus de . S. Andrea . Illuminauit.' 2.) 2ª—290ª. Bibliorum latinorum pars secunda (Job, Proverbia, Ecclesiastes, Cantica, Sapientia, Ecclesiasticus, Esaias, Jeremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, XII prophetæ minores, Machabæorum libri II, Psalterium et Novum Testamentum. 290ᵇ vacat. 3.) 291ª—309ª. Eucherius episcopus Lugdunensis, 'Liber formularum spiritualis intelligentiæ.' 4.) 309ª—314ᵇ. Isidorus Hispalensis, De vita vel obitu sanctorum, qui in domino præcesserunt. 5.) 314ᵇ—319ᵇ. Idem, Allegoriæ quædam sacræ scripturæ. Cum excerpto ex eius Lib. I. de off. eccl. et quidem de ratione et numero jejuniorum ecclesiasticorum. In folio numero non signato, inter thecam et folium signatum primum, exstat pict. m. S. Hippolyti. Librarius cernitur genibus flexis cum schedula, in qua verba: 'Ora pro me Dytrico S. Ypolite.' Denis I, XXVI.

1204. [Rec. 955.] m. XIII. 284 f. Genesis et Exodus latine, textus Vulgatæ cum glossa ordinaria et interlineari. Denis II, XLVI.

1205. [Univ. 803.] m. XIII. 272. f. Petrus Comestor, Historia scholastica.

1206. [Univ. 419.] m. XIV. 276. f. Thomas Aquinas, Catenæ seu glossæ in Evangelia, et quidem pars posterior in Lucam et Johannem. Denis II, CLX.

1207. [Salisb. 108.] m. XIII. 201. f. Petrus Lombardus, Glossæ seu collectanea in epistolas Pauli, cum textu. In fine decem hexametri, incip.: 'Explicit hic petri glosarum mela magistri.' etc.

1208. [Rec. 907.] m. XIV. 208. f. c. init. c. 1.) 1ª—153ᵇ. Ezechiel latine cum glossa ordinaria et interlineari, adjectis postillis Nicolai de Lyra. 2.) 154ª—208ª. Daniel eodem modo explicatus. Denis II, LXXV.

1209. [Univ. 10.] m. XIV. 226. f. Petrus Lombardus, Glossæ in epistolas Pauli. Denis II, CXCVII.

1210. [Univ. 418.] m. XIV. 264. f. Thomas Aquinas, Catenæ seu glossæ in evangelia, et quidem pars prior in Matthæum et Marcum. Denis II, CLIX.

1211. [Theol. 94.] m. XIV. 449. f. c. init. c. Biblia versionis vulgatæ cum S. Hieronymi prologis et argumentis, adjecta in fine interpretatione nominum hebraicorum et græcorum ordine alphabetico. Denis I, XIX.

1212. [Univ. 819.] m. XIII. 139. f. Petrus Comestor, Historia scholastica in fine mutila.

1213. [Univ. 9.] m. XII. 150. f. c. init. c. Evangeliarium. In aversa pagina folii numero non signati inter thecam et folium signatum ultimum exstant formula atramenti conficiendi et nonnullæ glossæ germanicæ. Denis II, DCCCXXXIV.

1214. [Rec. 908.] m. XIII. 125. f. Evangelium Lucæ cum glossa ordinaria et interlineari. Denis II, XCII.

Digitized by Google

1215. [Rec. 31.] m. XIV. (1394) 265. f. Biblia versionis vulgatæ. In initio et fine mutila. Denis II, XXXII.

1216. [Salisb. 34.] m. XIII. 187. f. Commentarius in epistolas Pauli. Incip.: 'In Dei nomine Incipit Expositio super epistolas Pauli quarum prima est ad Romanos. Corintho civitate metropoli...' Finis commentarii deest. In folio thecæ anteriori adglutinato fragmenta leguntur ritualis cujusdam et in folio thecæ posteriori adglutinato Fragmenta 'historiæ de Theophani regalis pueri regia matre.'

1217. [Theol. 51.] m. XV. (1434) 367. f. c. init c. Biblia versionis vulgatæ cum Hieronymi prologis, Interpretatione nominum hebraicorum et græcorum et registro epistolarum et evangeliorum ordine alphabetico. Denis I, XVIII.

1218. [Theol. 145.] m. X. 70. f. Prophetæ Ezechiel, Daniel et minores usque ad Aggæi I, 6. versionis vulgatæ, cum prologis S. Hieronymi. Denis I, XLVI.

1219. [Rec. 3171.] m. XIV. 134. f. Prophetæ XII minores, ab Osee usque ad Malachiam, versionis vulgatæ, cum prologis et glossa ordinaria et interlineari. Denis II, LXXVI.

1220. [Rec. 3651 a.] m. XIII. 340. f. c. init. c. Bibliorum pars prior, versionis vulgatæ, cum prologis et argumentis S. Hieronymi. Denis II, VI.

1221. [Rec. 3051 b.] m. XIII. 317. f. c. init. c. Bibliorum pars posterior, versionis vulgatæ, cum prologis et argumentis S. Hieronymi. Denis II, VII.

1222. [Rec. 3299.] m. XV. 443. f. c. init. c. Biblia versionis vulgatæ, cum prologis et argumentis S. Hieronymi, adjecta interpretatione nominum hebraicorum. 154^{b}, 155, 156, 319^{b} et 320 vacant. Denis II, XXXV.

1223. [Theol. 93.] m. XV. 476. f. c. init. c. et pict. m. Biblia versionis vulgatæ, cum prologis et argumentis S. Hieronymi, adjecta interpretatione nominum hebraicorum. 1^{a}—3^{a} Index epistolarum et evangeliorum. 3^{b}—5^{a} vacant 5^{b}—9^{b} Capitula Bibliorum metrice. 10 vacat. Denis I, IV.

1224. [Salisb. 32.] m. VIII. 205. f. c. init. c. et pict. m. Evangeliarium. In folio numero non signato, inter thecam et folium signatum primum, manu recentiori scriptum exstat directorium de lectione pericoparum. Ejusdem folii paginæ posteriori librarius, Anglo-saxo ut videtur, inscripsit: 'Cutbercht scripsit ista IIII euangelia, præcat nos omnia oramus pro anima tua' (sic). 1^{a}—3^{b}. Prologus Hieronymi in quattuor evangelia. 4^{a}—6^{b}. Hieronymi epistola ad Damasum. 7^{a}—9^{b}. Capitula de evangelio Matthæi. 9^{b}—11^{a}. Item Marci. 11^{a}—13^{b}. Johannis. 15^{b}—17^{a}. Præparatio evangelica secundum Matthæum. 17^{b}. Imago Matthæi. 18^{a}—21^{b}. Decem canones evangeliorum in pictis tabulis. 22^{a}—71^{a}. Evangelium secundum Matthæum. 71^{b}. Imago Marci. 72^{a}—106^{b}. Evangelium secundum Marcum. 105^{a}—109^{b}. Argumentum et elenchus evangelii Lucæ. 110^{a} vacat. 110^{b}. Imago

Digitized by Google

Lucæ. 111ᵃ—164ᵃ. Evangelium secundum Lucam. 144ᵇ. vacat. 165ᵃ—165ᵇ. Prologus et elenchus Johannis. 165ᵇ. Imago Johannis. 166ᵃ—205ᵃ. Evangelium secundum Johannem. 205ᵇ. vacat.

1125. [Salisb. 62.] m. XIII. et XIV. 256. f. 1ᵃ vacat. 1.) 1ᵇ—86ᵇ m. s. XIII. Genesis cum glossa ordinaria et interlineari. 2.) 86ᵇ—88ᵃ. m. s. XIV. 'Nota tributorum in Alemannia'. 88ᵇ—89ᵃ vacant. 3.) 89ᵇ—184ᵇ. m. s. XIII. Esaias cum glossa ordinaria et interlineari. 185ᵃ vacat. 4.) 185ᵇ—205ᵇ. m. s. XIII. Liber sapientiæ cum glossa. 5.) 206ᵃ—256. m. s. XIII. Ecclesiasticus cum glossa.

1226. [Theol. 121.] m. XII et XIV. 172. f. 1.) 1ᵃ—6ᵇ. m. s. XII. Calendarium. 2.) 7ᵃ—94ᵇ. m. s. XII. Psalterium cum glossa ordinaria. In fine cantica biblica, Pater noster, Symbolum, hymni etc. 3.) 95ᵃ—102ᵃ. m. s. XII. Canticum canticorum cum glossa ordinaria. 4.) 102ᵃ—125ᵇ. m. s. XII. Apocalypsis cum glossa. 5.) 126ᵃ—172ᵇ. m. s. XIV. Hymnarius cum antiphonis et collectis tam de tempore quam de sanctis. In fine versiculi paschales neumati. Denis I, XXX.

1227. [Salisb. 63.] m. XIII. 88. f. 1.) 1ᵃ—82ᵃ. Guilelmus Alvernus episcopus Parisiensis, De passione domini nostri Jesu Christi. 82ᵇ vacat. 2.) 83ᵃ—88ᵃ. 'Præpositivus, Summula de penitencia injungenda.' Incip.: 'Recolo uos a me postulasse...' Expl.: 'te nomine suum usque ad ultimum.'

1228. [Rec. 910.] m. XV. (1460) 409. f. c. init. c. et pict. m. Biblia versionis vulgatæ cum prologis et argumentis S. Hieronymi. Denis II, XXXVI.

1229. [Theol. 150.] m. IX. 196. f. Quattuor Evangelia latine. 1ᵃ—8ᵃ. Prolegomena et breviarium. 9ᵃ—16ᵇ. Canones. 17ᵃ vacat. 17ᵇ incipit textus. 189ᵇ—196ᵇ. Capitulare evangeliorum de circulo anni. Denis I, LI.

1230. [Univ. 178.] m. XIV. 235. f. 1.) 1ᵃ—64ᵇ. 'Expositiones omnium prologorum S. Hieronymi in libros biblicos.' 2.) 65ᵃ—147ᵃ. Recensus lectionum variarum. 147ᵇ vacat. 3.) 148ᵃ—213ᵃ. Recensus lectionum variarum continuatur. 4.) 213ᵃ—218ᵇ. Recensus errorum in codd. biblicis cum emendatione. 5.) 219ᵃ ᵇ. Fragmentum lectionum variarum e Zacharia, Malachia et Job. 6.) 220ᵃ—230ᵇ. Lectiones variæ in psalterium. 7.) 231ᵃ et 231ᵇ. Fragmentum tractatus de incarnatione. 8.) 232ᵃ—232ᵇ. Catalogi interpretum bibliorum. 9.) 233ᵃ—234ᵇ. Fragmentum lectionum variarum in Genesin. Denis II, CCXLV.

1231. [Theol. 280.] m. XI et XV. 72. et quidem 40. f. 32. 8°. 1.) 1ᵃ—40ᵇ. m. s. XI. Biblia latina. Parabolæ, Ecclesiastes, Cantica, Sapientia 1—VI. 15. 2.) 41ᵃ—72ᵇ. m. s. XV. Breves Sermones ad Clerum. Incip.: 'Et nunc fratres, quia uos estis presbyteri...' Expl.: 'si diligitis eos...' Cetera desunt. Denis I, XL.

Digitized by Google

1232. [Salisb. 53.] m. XIII. 95. f. Esaias cum glossa. In folio thecæ adglutinato fragmenta Decretalium.

1233. [Univ. 3.] m. XV. 342. f. Vetus Testamentum, latine. Denis II, XLI.

1234. [Theol. 313.] m. IX. 223. f. Evangelia latine. Partes foliorum 1ª, 6ª, 9ᵇ, 14ª et 224ª codicis notulas historicas et traditiones exhibent, monasterium Weltenburgense O. S. B. in Bavaria concernentes. Fol. 9ᵇ aliquot glossæ germanicæ. Denis I, L.

1235. [Theol. C. 993.] m. VI. 143. 4°. Evangeliorum Lucæ 16, 6—23, 10 et Marci 2, 17—14, 36 versio itala dicta. Totus codex membrana purpurea constans litteris argenteis scriptus est. Denis II, LXXXV.

1236. [Salisb. 98.] m. XIII. 139. f. 1.) 1ª ᵇ. Biblia latine. Exodus XXVII. 6—11 cum glossa. 2.) 2ª—129ᵇ. Leviticus et Numeri cum glossa.

1236* [Rec. 1638.] m. XIV. 120 f. Evangelium Lucæ latine cum glossa S. Ambrosii et Bedæ Venerabilis. Denis II, XCIII.

1237. [Rec. 3028.] m. XIII. 54. f. Evangelium Johannis latine cum glossa. Denis II, XCV.

1238. [Rec. 3081.] m. XIV. 374. f. Biblia latina a parabolis Salomonis usque ad finem. Sequitur index materiarum.

1239. [Theol. 312.] m. X. 144. f. 1.) 1ª—120ª. Biblia latina et quidem Epistolæ Pauli XIV cum glossa ordinaria Bedæ et Hrabani. Folia præcedentia, numeris non signata, continent præfationem S. Hieronymi etc. 2.) 120ª—144ᵇ. Epistolæ canonicæ cum glossa. In folio thecæ adglutinato hebraica quædam e libro Talmud. Denis I, LVII.

1240. [Theol. 293.] m. X. 103. f. Machabæorum libri II versio latina. Denis I, XLVIII.

1241. [Hohend. fol. 1.] m. XIV. 363. f. Biblia latina, adjecta interpretatione nominum peregrinorum. Denis II, VIII.

1242. [Salisb. 82.] m. XIV. 118. f. Albertus Magnus, De officio missæ et De sacramento altaris. In folio thecæ adglutinato fragmentum missalis.

1243. [Salisb. 85.] m. XIII. 102. f. Sermones latini. Incip.: 'Sermo in adventu domini.' Dicite pusillanimis: 'confortamini, ecce deus...' Expl.: 'a uitiis mundemus, ut eum suscipere mereamur.'

1244. [Rec. 3307.] m. XIII. 192. f. c. pict. m. 1.) 1ª 'Hec reliquie clause sunt infra maiestatem hujus libri etc.' 2.) 2ª. Duodecim Hexametri. Incip.: 'Rerum iactura brevis...' Expl.: 'delegans mente fideli.' 3.) 2ᵇ—14ª. Dies dominici et festi cum eorum evangeliis. 4.) 14ᵇ—21ª. Evangeliorum additamenta consueta, ut Epistola S. Hieronymi etc. 5.) 21ᵇ—27ᵇ. Canon. 6.) 28ᵇ—192ᵇ. Quattuor Evangelia latine. Denis II, LXXXI.

1245. [Salisb. 84.] m. XIII. 124. f. Duodecim prophetæ minores latine cum

Digitized by Google

glossa. In foliis thecæ anteriori et posteriori adglutinatis: a.) Virgilius, Ecl. V. 52—83. (m. s. XI). b.) Claudianus, De raptu Proserpinæ. III. 313—346. (m. s. XII).

1246. [Univ. 13.] m. XIV. 108. f. Acta apostolorum latine cum prologo et glossa. Denis II, XCIX.

1247. [Theol. 287.] m. XI. 160. f. Pauli Epistolæ latine, cum glossa variorum, scriptæ a Maximo Scoto, [† 1086) cf. f. 180^b, adjectis glossis hibernicis in foliis 10, 87 et 141. Denis I, LVIII.

1248. [Univ. 7.] m. XIII—XIV. 160. f. 1.) 1^a—121^a. Esaias latine cum glossa, præcedentibus locis Hieronymianis. 2.) 122^a—157^b. Psalmi latine in usum chori cum notis choralibus s. XIII. Suffixa sunt cantica nota, 'Te deum laudamus', 'Symbolum Athanasii' et Letania omnium sanctorum. 3.) 157^b—159^a. Officium defunctorum. 4.) 160^b. Benedictio vini. Incip.: 'Deus meus et pater domini nostri...' Expl.: 'consumante sequentibus signis.' In foliis thecæ adglutinatis et in foliis numero non signatis inter thecam et folia signata: Fragmenta liturgica neumata. Denis II, LXXIII.

1249. [Salisb. 155.] m. XIV. 105. f. 1^a et 2^a vacant. 1.) 2^b—28^b. Canticum canticorum latine. 2.) 29^b—81^b. Proverbia latine. 3.) 82^a—104^b. Ecclesiastes latine cum glossa. In foliis thecæ adglutinatis et in foliis numero non signatis inter thecam et folia signata: Fragmenta e decretalibus.

1250. [Salisb. 107. B.] m. XII. 143. f. Exodus latine cum glossa. In foliis thecæ adglutinatis et in foliis numero non signatis inter thecam et folia signata: Fragmenta e decretalibus.

1251. [Salisb. 163.] m. XIII. 46. f. c. init. col. 1.) 1^a—46^a. Epistolæ canonicæ latine, cum glossa. 2.) 46^a. Versus de valore numerali litterarum. Incip.: 'Possidet a numerum quingenti...' Expl.: 'bis mille teneri.' 3.) 46^a. Nota de tribus Mariis. 46^b vacat.

1252. [Univ. 12.] m. XIII. 51. f. Evangelium Marci latine cum glossa. Denis II, XCI.

1253. [Rec. 2227.] m. XIV. 430. f. Biblia latine cum prologo S. Hieronymi, adjecta interpretatione nominum hebraicorum. Denis II, XI.

1254. [Rec. 2224.] m. XV. 704. f. c. pict. m. Breviarium. Denis II, DCCCLXXXII.

1255. [Univ. 265.] m. XIV. 194. f. 1.) 1^a—40^a. S. Bernhardus Claræ-vallensis, De consideratione seu de virtutibus cardinalibus. 2.) 40^a—41^b. Petrus abbas Cellensis, Epistola ad abbatissam Fontis Ebraldi. 3.) 42^a—43^b. S. Bernhardus Claræ-vallensis, De debitore quadruplici. 4.) 44^a—50^a. S. Gregorius Magnus Papa, Homilia in vigilia nativitatis domini. 5.) 50^a—53^a. Origenes, Homilia in vigilia nativitatis domini. 6.) 53^a—70^a. S. Bernhardus Claræ-vallensis, De gratia et libero arbitrio. 7.) 70^a—81^a. Idem, Epistola contra detractores disciplinæ claustralis. 8.) 81^b—85^b. Expositio super dictum regis

Digitized by Google

Ezechiæ: 'Ego dixi in dimidio dierum meorum.' 9.) 85b—87a. Sermo de temperantia. Incip.: 'Audiuimus ex libro regum...' Expl.: 'gladio peremisti.' 10.) 87a—102a. S. Bernhardus Claræ vallensis, De psalmo: 'Afferte domino.' 11.) 102a—132a. Idem, Tractatus ad fratres de monte dei. 12.) 132a—148a. Idem, Tractatus de dilectione dei. 13.) 148a—168a. Idem, Tractatus de duodecim gradibus humilitatis. 14.) 168a—189b. Idem, Liber de præcepto et dispensatione. 15.) 189b—191b. Idem, Sermo. Incip.: 'Omnes nobis causamur...' Expl.: 'profitere gradum.' 16.) 191b—194a. Idem, Sermo. Incip.: 'Magna est super nos...' Expl.: 'exigit dominus deus noster.' Denis II, CCCCXX.

1256. [Rec. 3079.] m. XIV. 240. f. c. pict. m., 1a vacat. 1.) 1b. Annotationes breves de variis vocibus latinis. 2.) 2a—3a. De contemplatione mortis. Incip.: 'Amicorum si recogites mortem...' Expl.: 'quod ergo anima retristabitur ex desertione solius parentis.' 3.) 3b—4b. Tractatus argumenti philosophici. Incip.: 'Principia rerum inquirenda...' Expl.: 'ut per eum fierent omnia...' 'Finis deest. 4.) 4a—216b. Pauli Epistolæ latine cum glossa. 5.) 217a—238a. Canticum canticorum cum glossa. 6.) 238a—239a. Sermo in nativitate B. M. Virginis. 7.) 239a—240a. Variæ annotationes ut: De quadam Visione, Vocabula rariora linguæ latinæ etc. Denis II, C.

1257. [Rec. 3096.] m. XII. 168. f. 1.) 1a—8a. Loci ex operibus patrum collecti. 2.) 9a—168b. Pauli epistolæ cum glossa. Denis II, CI.

1258. [Salisb. 163. B.] m. XII. 89. f. 1 vacat. 2a—89b. Job cum glossa e S. Gregorii Magni Papæ Moralibus excerpta. Præfatio Moralium legitur in folio parti anteriori thecæ adglutinato et in foliis 1, 88 et 89. Folium parti posteriori thecæ adhærens continet fragmentum Claudiani De raptu Proserpinæ III. 347—378, 410—444, quod m. s. XIV. scriptum est.

1259. [Rec. 3106.) m. XIII. 184. f. Pauli Epistolæ cum glossa. In foliis numero non signatis inter thecam et folia signata exstant fragmenta sermonum. Denis II, CII.

1260. [Salisb. 207.] m. XII. 249. f. Pauli Epistolæ cum glossa. Ab initio et in fine quattuor folia non numerata, quæ continent fragmenta antiphonarii neumati.

1261. [Theol. 318.] m. XII. 24 f. 1.) 1a—13b. S. Aurelius Augustinus, De decem chordis. 2.) 13b—15a. Idem, Sermo de die judicii. 3.) 15a—16b. Idem, Sermo quales esse debeant christiani. 4.) 17a—19a. De fide catholica. Incip.: 'Patres venerabiles, cari fratres, filii dei, aliquid uobis uolumus memorare...' Expl.: 'esse incipiat in futuro.' 5.) 19a—20b. De fide catholica. Incip.: 'Quicumque vvlt Saluus esse ante omnia...' Expl.: 'qui cum patre et spiritu sancto uiuit.' 6.) 20b—21b. S. Aurelius Augustinus, De decimis servitoribus ecclesiæ reddendis. 7.) 21b—23b. Ammonitio sacerdotum et conventus. Incip.: 'Fratres presbiteri et ministri domini...' Expl.: 'sapiens repu-

Digitized by Google

tabitur.' 8.) 24ª—24ᵇ. De vitis patriarcharum et prophetarum. Incip.: 'Adam pater generis...' Expl.: 'requiescit in Samaria.' Denis I, CCXXVII.

1262. [Salisb. 81.] m. XIII et XIV. 155. f. 1.) 1ª—85ª. m. s. XIV. Sermones de sanctis. 2.) 86ª—95ᵇ. m. s. XIII. Chronicon mundi usque ad annum 1243. 3.) 96ª—113ᵇ. m. s. XIV. Raimundus, Summa. 4.) 114ª—124ᵇ. m. s. XIII. Sermones germanici a dominica prima post adventum usque ad diem Martini episcopi. Incip.: 'Paulus der sprichit...' Expl.: 'disim libe garnit den ewigin lip.' 5.) 124ᵇ—126ᵇ. Sermones latini de dedicatione ecclesiæ, de S. Johanne Evangelista, de assumptione B. M. V. et de nativitate ejus. Incip.: 'O vere beata mater ecclesia...' et expl.: 'et uocauit nomen eius Mariam.' 127 vacat. 6.) 128ª—137ᵇ. Sermones latini. Incip.: '(P)ver natus est nobis etc. Hoc nomen puer aliquem...' et expl.: 'Peccator cum uenerit in profundum uiciorum contempnet...' Cetera desunt. 7.) 138ª—145ª. m. s. XIV. Vita Petri et Pauli apostolorum. Initium deest. Incip.: '(C)vm uenisset Paulus Romam...' Expl.: 'Passi sunt apostoli domini nostri Jhesu Christi sub die III. kal. iul. cui est' etc. 8.) 145ª—151ª. m. s. XIV. Vita S. Osvaldi. 8.) 151ª—155ª. m. s. XIV. Vita S. Jacobi apostoli. Wattenbach 10, 549.

1263. [Rec. 2164.] m. XIV. 104. f. c. pict. m. Quattuor Evangelia latine. Initia evang. Marci et Johannis desunt. Denis II, LXXXII.

1264. [Rec. 2293.] m. XV. (1419) 113. f. 1.) 1ª—11ª. Henricus de Hassia seu de Frimaria, De discretione spirituum. 2.) 11ª—23ᵇ. Idem, De instinctionibus. 3.) 23ᵇ—37ª. Idem, De superbia. 4.) 37ª—60ᵇ. Idem, De clavibus ecclesiæ. 5.) 61ª—71ᵇ. Idem, De verbo in divinis. 6.) 72ª—80ª. Idem, Sermo de sudore passionis Christi. 7.) 80ᵇ—89ᵇ. Idem, Expositio super orationem dominicam. 8.) 89ᵇ—94ª. Idem, Expositio super Ave Maria. 9.) 94ª—104ª. Idem, Speculum animæ. 10.) 104ª—113ª. Idem, De horis canonicis. 11.) 103ª—113ᵇ. Casus excommunicationis soli papæ reservati. Denis II, DCCXIV.

1265. [Nov. 13.] m. XV. 145. f. 1.) 1ᵇ—6ᵇ. 'Oratio seu meditatio in septem particulas distincta pro caritate divina salubriter et continue habenda.' Incip.: 'Domine deus, qui præcipis...' Expl.: 'laudabilis et gloriosus.' 2.) 7ª—145ª. 'Septililium S. Dorotheæ cum prologo.' Septililium constat e septem sectionibus De XXXVI caritatum gradibus, quarum sex priores latine, et septima germanice conscriptæ sunt. Hæc septima expl.: 'Hy geen aus dy beichten der seligen vrowen Dorothee.' 145ᵇ. additamentum primi tractatus legitur.

1266. [Univ. 132.] m. XV. 73. f. 1.) 1ᵇ—56ᵇ. Commentarius in librum Jesus Sirach. 2.) 57ª—73ᵇ. Commentarius in librum Sapientiæ. In folio thecæ adglutinato bibliorum exstat fragmentum cum glossa. Denis II, CLI.

1267. [Rec. 2220.] m. XIII. 78. f. Evangelium Matthæi latine cum glossa. Denis II, XC.

Digitized by Google

1268. [Salisb. 89.] m. XIV. 234. f. S. Paulus, Epistolæ cum glossa. In foliis thecæ adglutinatis et folio numero non signato inter thecam et folia signata fragmenta philosophiæ scholasticæ.

1269. [Rec. 3040.] m. XIV. 356. f. Raimundus de Pennaforte, Summa casuum conscientiæ, adjecto indice. Denis II, DCCXLVI.

1270. [Univ. 11.] m. XII, XIII et XV. 94. f. 1.) 1ª. m. s. XV. Versus leonini tres. Incip.: 'Signa crucis, textus...' Expl.: 'pectus abesse dolorem.' cum appendice prosaico: 'Præsta quæsumus domine' etc. 2.) 1ª—1ᵇ. m. s. XIII. Legenda de S. Zenone episcopo. Incip.: 'In diebus Galieni imperatoris...' Expl.: 'intus aqua minime intrauit.' 3.) 2ª—3ª et 94ᵇ. m. s. XV. Vita S. Gothardi episcopi Hildesheimensis. Incip.: 'Gothardus confessor domini et episcopus venerandus.' Expl.: 'omni- bus videntibus monstrabit. 4.) 3ᵇ—93ª. m. s. XIII. Evangelium S. Matthæi cum prologo et glossa. 93ᵇ et 94ª vacant. 5.) In foliis thecis adglutinatis fragmentum exstat evangeliorum m. s. XII. scriptum. Denis II, LXXXVII.

1271. [Salisb. 162.] m. XIII. 123. f. 1.) 2ª—85ª. Commentarius in Leviticum. 2.) 86ª—109ᵇ. Epistolæ canonicæ cum glossa. 3.) 110ª—123ᵇ. Canticum canticorum cum glossa. In folio thecæ adglutinato fragmentum commentarii in epistolas Pauli.

1272. [Salisb. 160.] m. XIII. 122. f. 1.) 1ª—66ª. Commentarius in librum Job. 66ᵇ vacat. 2.) 67ª. Fragmentum e Johanne Chrysostomo. Incip.: 'Peccata tua dicito, ut deleas illa...' Expl.: 'sine offensione uerecundie confitentur.' 3.) 67ª. Fragmentum e S. Gregorii Magni Papæ homilia super evangelium: 'homo quidam erat dives.' 4.) 67ᵇ—78ᵇ. Commentarius in canticum canticorum. 5.) 78ᵇ—104ᵇ. Commentarius in Apocalypsin. 6.) 104ᵇ. Fragmentum e S. Gregorii Magni Papæ expositione evangelii: 'homo quidam fecit coenam.' 7.) 105ª—122ª. Epistolæ canonicæ cum glossa. Thecis adglutinata exstant fragmenta Missalis s. IX.

1273. [Univ. 15.] m. XIV. 182. f. 1.) 1ª—182ª. Paulus Apostolus, Epistolæ cum glossa. 2.) 182ᵇ. Pseudo-Paulus, Epistola ad Laodicenses. Denis II, CIV.

1274. [Theol. 351.] m. XIII. 56. f. Evangelium Marci cum glossa et vita Marci, quæ tribuitur S. Hieronymo. Denis I, LIII.

1275. [Theol. 353.] m. XII. 105. f. Paulus Apostolus, Epistolæ cum glossa e Walafridi Strabonis et Anselmi Laudunensis operibus excerpta. 92ᵇ. exstant: a) S. Hieronymus, Vita S. Pauli apostoli ex ejus catalogo illustr. viror. b) Pastor Hermas, De conjugibus adulteris. c) De genealogia B. M. V. In folio thecæ adglutinato liturgica fragmenta neumata. Denis I, LIX.

1276. [Univ. 266.] m. XV. 207. f. S. Bernhardus Claræ vallensis, Excerpta ex operibus ejus. Denis II, CCCCXXXV.

1277. [Univ. 14.] m. XIV. 160. f. 1.) 1ª—88ª. Evangelium Matthæi cum prologo et glossa. 2.) 88ᵇ—160ᵇ. Evangelium Lucæ cum prologo,

Digitized by Google

epilogo et glossa. In foliis thecis adglutinatis fragmenta de pascha Judæorum hebraice. Denis II, LXXXVI.

1278. [Univ. 273.] m. XII. 123. f. 1.) 1ª—59ª. Johannes Cassianus, De institutione coenobiorum et monachorum. 2.) 59ᵇ—74ᵇ. Salonius episcopus, Interpretatio parabolarum Salomonis et Ecclesiastis. 3.) 75ª—78ª. Parænesis ad sacerdotes. Incip.: 'Subito cecidit Babylon...' Expl.: 'quod et nobis et uobis prestare dignetur' etc. 4.) 78ᵇ—123ª. Commentarius in Apocalypsin. Denis II, CCCLX.

1279. [Salisb. 211.] m. XII. 72. f. Evangelium Johannis cum glossa. In fine Alphabetum græcum et latinum.

1280. [Salisb. 214.] m. XIV. 52. f. Apocalypsis et Jacobi epistola cum glossa. In folio thecæ adglutinato fragmentum missalis s. IX.

1281. [Salisb. 165.] m. XII. 248. f. Paterium seu testimonia veteris testamenti, excerpta e S. Gregorii Magni Papæ operibus (a genesi usque ad psalmos incl.).

1282. [Salisb. 166.] m. XIII. 145. f. Homiliæ patrum de tempore et de sanctis. 145ª. Sermo brevis manus recentioris. In folio thecæ adglutinato fragmentum antiphonarii neumati.

1283. [Salisb. 210.] m. XIII. 208. f. 1.) 1ª—80ª. Evangelium Johannis cum glossa. 2.) 81ª—203ᵇ. Petrus Lombardus, Libri sententiarum I et II. 3.) 204ª—208ᵇ. Commentarius in librum III Sententiarum. 208ᵇ manus recentior. In foliis thecæ adglutinatis a) fragmentum antiphonarii neumati, b) fragmenta philosophiæ scholasticæ.

1284. [Salisb. 168.] m. XIII. 273. f. 1.) 1ª—257ᵇ. Guilelmus Peraltus, Summa vitiorum. 2.) 257ᵇ. Causæ XII impedientes matrimonium. 3.) 257ᵇ. Quæ faciant iterato templa sacrari. 4.) 257ᵇ. Virtutes episcopi. 5.) 257ᵇ. Notitia de electoribus imperatoris. 6.) 257ᵇ. Carmen in feminas. Incip.: 'Litus arat...' Expl.: 'celestia dona.' 7.) 257ᵇ—258ª. Odo, Sermo. Incip.: 'Nolite thesaurizare...' Expl.: 'peruenire ualeamus.' 8.) 258ª—270ᵇ. Idem, Tractatus de poenitentia. 9.) 271ª—272ª. Casus episcopales. Incip.: 'Si in acolitatu uel subdiaconatu...' Expl.: 'monialem.' 10.) 272ª—272ᵇ. De confessione. Incip.: 'Ad habendum salutifere confessionis...' Expl.: 'testis iniquus.' 11.) 272ᵇ. De XVI signis venturis ante diem judicii. 12.) 273ª. Hildegardis de Bingen, Visio. Wattenbach 10, 549.

1285. [Theol. 384.] m. XV. (1409) 81. f. Porchetus de Silvaticis (de' Selvaggi), Victoria contra Judæos. Denis I, CCCLXIV.

1286. [Theol. 387.] m. XII. 119. f. Sententiæ collectæ ex operibus Patrum et decretis conciliorum. Patrum excerpti sunt: Cyprianus, Gregorius Nazianzenus, Ambrosius, Chrysostomus, Basilius Cæsariensis, Fructuosus Braccarensis, Innocentius, Leo, Coelestinus, Symmachus, Gelasius, etc. Conciliorum excerpta sunt: Nicænum, Afrum, Toletanum, Arelatense etc. Denis I, CCCI.

1287. [Theol. 389.] m. XIII. 65. f. Commentarius in threnos Jeremiæ, e variis

Digitized by Google

commentariis, præsertim e Paschasii Ratberti conscriptus a Gisleberto Altissiodorensis ecclesiæ diacono. Denis I, CIV.

1288. [Nov. 182.] m. XIV. 110. f. 1.) 1ª—8ª. 'Liber de septiloquio confessionis.' Incip.: 'Sacerdos debet informare...' Expl.: 'precipit et imponit.' 2.) 9ª ᵇ. De salutatione angelica. Incip.: 'Quod verbum domini...' Expl.: 'conceptus s'a...' Finis deest. 3.) 10ª — 12ᵇ. Casus papæ reservati. Incip.: 'Isti sunt excommunicati maiori excommunicatione ipso jure et non (possunt) absolui nisi a papa: Incendarii sacrorum locorum...' Expl.: 'in parte ultima sue summe.' Tractatus etiam alia continet. Omnia videntur Thomæ Aquinatis. 5.) 12ᵇ. De missa. Incip.: 'Multi sacerdotes...' Expl.: 'non ieiunus.' 6.) 12ᵇ—13ᵇ. 'Spatium a nativitate domini usque ad Esto mihi.' Incip.: 'scire uolentes...' Expl.: 'iubilando alleluia.' 7.) 13ª—13ᵇ. Expositio super 'credo.' Incip.: 'Credo in deum...' Expl.: 'omni creatura.' 8.) 14ª—29ᵇ. Liber formularum. Incip.: 'Cum a citatione iudicium sumat exordium...' Expl.: 'prestito coram nobis.' 14ª ᵇ 'registrum sequentis formularii.' 9.) 30ª — 110ᵇ. 'Moralitates ad prædicandum habiles.' Incip.: 'Abiicit mundus pauperes...' Expl.: 'uirtutem minime habent.' Sententiæ secundum alphabetum ordinatæ et in fine novem hexametri: 'Stat mea scriptura' etc. Ad calcem registrum. In folio thecæ adglutinato fragmenta scholastica et legis anno 1410 in Moravia latæ de habilitatione bastardorum.

1289. [Nov. s. n.] m. XIV — XV. 140 f. 1.) 1ª — 56ᵇ. Johannes de Viviaco, De septem itineribus æeternitatis. Opus ab aliis Bonaventuræ tribuitur. 57, 58, 59 vacant. 2.) 60ª—139ᵇ. Augustinus de Ancona (Trionfo), Commentarius in epistolas canonicas. Incip.: 'Honesto ac reuerendo uiro, domino Gerardo...' Expl.: 'et nunc et in presenti et omnia secula' etc. 3.) 140ª ᵇ. Fragmentum statutorum ordinis S. Francisci. Incip.: 'Excessus per custodem euntem...' Expl.: 'cuiuscumque ordinis, dignitatis.'

1290. [Salisb. 188.] m. XII. 109. f. 1.) 1ª—99ᵇ. 'Definitiones doctorum de diversis' e. g. de patre et filio, de angelis, de Adam, de fide antiquorum etc. In operis initio indicantur quæ in omnibus septem continentur partibus. Singulis partibus præfixus est index. 2.) 99ᵇ—109ª. Excerpta e S. Aurelio Augustino. Incip.: 'Augustinus Uolusiano in ea epistola...' Expl.: 'aduertimus in actibus apostolorum.' 3.) 109ª. De natura Christi. Incip.: 'In his quæ de X. leguntur...' Expl.: 'prudens lector intelligat.' 4.) 109ª. De corpore humano. Incip.: 'Sicut corpus nostrum est animale...' et expl.: 'corpus hominis factum animale.'

1291. [Nov. 275.] m. XV. (1410) 136. 4°. 1.) 1ª. Albertanus, Causidicus Brixiensis, Fragmentum sermonis II. 2.) 1ᵇ. Joachim, Prophetia de regibus Bohemiæ. Incip.: 'In etate sexta huius seculi...' Expl.: 'diuos computabitur.' 3.) 2ª—4ᵇ. Albertanus, Sermones duo: I. de S. Agatha; II 'super illuminatione et super spirituali et corporali refectione.' Finis in num. 1. 4.) 5ª ᵇ. Idem, 'registrum primi

Digitized by Google

libri super versus: 'quis quid cui dicis' etc. 5.) 5b—11b. Idem, De doctrina dicendi et tacendi. 6.) 11b—32a. Idem, De consolatione et consilio. 7.) 32a — 65b. Idem, Liber de amore dei et proximi. 8.) 65b—135a. Lucianus, Expositio vocabulorum biblicorum et theologicorum. 135b. Clemens papa, Bulla indulgentiarum.

1292. [Salisb. 212.] m. XIII. 78. f. 1.) 1a—77b (exceptis foliis 67a—68b.) Petrus Lombardus, Sermones (XXXI) de tempore et de sanctis. Incip.: 'De adventu domini. Aspiciebam ego in visione...' Expl.: 'Summa quies est ad quam nos perducat, qui uiuit et regnat' etc. 2.) 67a —68b. S. Bernhardus Abbas, De naturis dentium. 3.) 77b—78b. Sermo numero XXXII signatus, forsan Petri Lombardi, incipiens: 'Maria Magdalena et Maria Jacobi et Salome e. a. u. u. u. ihm̄. Verba que locutus sum vobis...' Finis deest. Expl.: 'ergo per Mariam...' In foliis thecæ adglutinatis a) Fragmentum sermonis et b) Fragmentum tractatus theologici.

1293. [Univ. 175.] m. XV. 107 f. 1.) 1a — 103a. Index materiarum in S. Augustini opus De civitate Dei. 2.) 103a — 107b. Index capitulorum ejusdem operis. Denis II, CCCXLIII.

1294. [Theol. 388.] m. XV. 251. f. 1.) 1a—127a. Johannes Wiclef, Tractatus de veritate sacræ scripturæ. (119b: 'correctus 1407 Oxonii per Nicolaum Faulfiss et Georgium de Kruschnicz.') Incip.: 'Restat parumper discutere...' Expl.: 'diffusius pertractare.' 2.) 128a—210b. Tractatus de sancta matre ecclesia; videtur opus Johannis Wiclef. Incip.: 'Quia nonnuli, eciam illi qui...' Expl.: 'de isto alibi.' 3.) 212a—251b. Johannes Wiclef (?), Tractatus de Dominio. 'Incip.: 'Cum quilibet christianus...' Expl.: 'donare dicitur.' In foliis numero non signatis inter thecam et folia numero signata: Diploma legitur fundationis ecclesiæ in Meseritz (Mezyrzyecz) anni 1401. Denis I, CDV.

1295. [Nov. 99.] m. XIV. 131. f. Armandus de Bellovisu, Tractatus 'de declaratione difficilium dictionum s. theologiæ,' adjecto indice.

1296. [Salisb. 220.] m. XIII. 98. f. 1a vacat. 1.) 1b—43a. Petrus Lombardus, Sermones. 2.) 44a—98b. Glossa in Matthæum. Incip.: 'Dominus ac redemptor noster...' Expl.: 'sua per prophetas.' In foliis thecæ adglutinatis fragmentum antiphonarii neumati.

1297. [Rec. 3100.] m. XIV. 216. f. Gilbertus de Tornaco, Sermones CXI 'de diversis statibus' cum tabula. Denis II, DCCLXXXV.

1298. [Salisb. 218.] m. XIII. 221. f. 1.) 1a—63b. Petrus Manducator, Sermones. Incip.: 'Erudimini qui iudicatis...' Expl.: 'per ignem amen.' 2.) 64a—221b. Petrus Lombardus, Sermones de tempore et de sanctis. Finis deest. Expl.: 'sacra scriptura disti...' in sermone sic incipiente: 'Apprehendent VII mulieres.' In foliis numero non signatis, inter thecam et folia signata, fragmentum sermonis.

1299. [Nov. 242.] m. XIV. 240. 4°. 1.) 1a — 10b. Themata sermonum de tempore et sanctis. Incip.: 'Domine inclina coelos...' Finis deest. Expl.: 'veneracionis ipsa laudabiliter...' 2.) 11a—231b. Hugo

Digitized by Google

de S. Victore, Lumen animæ a libro impresso differens. 3.) 233ª—240ª. Idem, De medicina animæ. 4.) 240ª—240ᵇ. Index super num. 2.

1300. [Nov. s. n.] m. XIV. 148. 4°. 1.) 1ª—59ᵇ. Commune sanctorum, argumenti ascetici. Incip.: 'Jam non estis hospites...' Expl.: 'dicant omnia.' 2.) 60ª—148ᵇ. 'Sermones de temporibus et de festiuitatibus præcipui.' Incip.: 'Hora est iam nos de somno surgere...' Finis deest. Expl.: 'ut resurgamus, fructificamus ut...'

1301. [Rec. 3104.] m. XIV. 90. 4°. 1.) 1ª—38ᵇ. Innocentius III papa, De officio missæ. 2.) 39ª—62ᵇ. Postilla super canticum canticorum. Incip.: 'Osculetur me etc. Descensus ad sentenciam...' Expl.: 'Quid habet amplius homo de labore. 5. etc.' 3.) 63ª—90ᵇ. Postilla super epistolas VII canonicas. Incip.: 'Juxta numerum euangelistarum...' Expl.: 'et hoc ante omnia secula' etc. 4.) 90ᵇ. 'Queritur cur Spiritus sanctus patri et filio corporaliter in igne apparuit...' Expl.: 'nostra infirmitas accensa.' In foliis thecæ adglutinatis fragmenta hebraica commentarii cujusdam. Denis II, DCCCXXV.

1302. [Salisb. 221,] m. XIII. 87. 4°. 1.) 1ª—47ᵇ. Excerpta e sacra scriptura. Incip.: 'In principio creavit deus...' Expl.: 'et planxit eam omnis populus VII diebus.' 2.) 47ᵇ—48ᵇ. Fragmentum sermonis in Pentecosten. Incip.: 'Si quis diligit me sermonem meum seruabit...' Expl.: 'cuius partis participes faciat nos christus filius dei, qui uiuit' etc. 3.) 49ª—87ᵇ. Quæstiones medicæ. Incip.: 'Quæratur de complexionibus. De complexionibus videtur quod eadem sint...' Finis deest. Expl.: 'permanent mixte, nec dicitur quod rationabilia...'

1303. [Theol. 398.] m. XV, 189. c. init. c. 'Orationarium, meditationes et orationes de præcipuis religionis christianæ et vitæ Christi mysteriis.' Denis I, DCXLIII.

1304. [Nov. 244.] m. XIII. 125. 4°. Petrus Lombardus, Libri IV sententiarum. Finis deest. In foliis numero non signatis inter thecam et folia signata: fragmenta ex Eusebii historia ecclesiastica, latine versa a Rufino, m. s. XV.

1305. [Nov. 159.] m. XV. 97. 4°, Postilla super Psalterium. Incip.: 'In domino confido...' Pertinet usque ad Ps. XXI. 20. 8ᵇ vacat. 9ª—97ᵇ. Continuatur alia manu a psalmo CIX usque ad finem Psalterii. A bibliopega præligatum est diploma, quo judicium ecclesiasticum Moguntinum excommunicatos quosdam evocat, ut transigant cum accusatrice.

1306. [Salisb. 201.] m. XIV. 82. 4°. Albertus Magnus, Compendium theologicæ veritatis. In foliis numero non signatis inter thecam et folia signata, ut in foliis thecæ adglutinatis, exstant fragmenta scholastica.

1307. [Salisb. 197.] m. XIV. 169. 4°. Evangelium Matthæi latine cum glossa ordinaria et interlineari. In folio thecæ anteriori adglutinato et in folio numero non signato inter thecam et folia signata leguntur fragmenta liturgica s. XII; in folio vero thecæ posteriori adglutinato fragmenta e Virgilii Bucol. III 68—99 m. s. XII.

Digitized by Google

1308. [Nov. s. n.] m. XIV. 140. 4°. Conradinus plebanus in Ruprechtshofen, Sermones de sanctis. Incip.: 'Nimis honorati...' Expl.: 'modo potestis facillime.'

1309. [Salisb. 224.] m. XV. 121. 4°. Postilla super Matthæum. Incip.: 'Fili hominis ostende domui Israel...' Finis deest. Expl.: 'Tercio repressiuum ibi. Timuerunt turbam.' In foliis thecæ adglutinatis et in foliis numero non signatis inter thecam et folia signata fragmenta antiphonarii neumati leguntur.

1310. [Rec. 555.] m. XIV. 117. 4°. 'Glossarium biblicum, siue expositio vocum difficiliorum S. scripturæ et prologorum Hieronymi.' In foliis thecæ adglutinatis et in foliis numero non signatis inter thecam et folia signata exstant diplomata anni 1338 cives Hamburgenses spectantia. Denis II, CXIII.

1311. [Rec. 3338.] m. XIV. 81. 4°. 'Speculum humanæ salvationis.' Denis II, CCXXVII.

1312. [Theol. 437.] m. et. ch. XIV et XV. 270. 4°. 1.) m. s. XIV. Thomas Bradwardinus archiepiscopus Cantuarensis, De causa Dei contra Pelagium. 80ª figuræ calamo exaratæ. 80ᵇ vacat. 2.) 81ª—162ᵇ m. s. XIV. Vocabularium linguæ latinæ. Incip.: 'Cum in nocte hiemali...' Expl.: 'et ab his omnibus verbis.' 3.) 163ª—172ª m. s. XIV. S. Bernhardus Clarævallensis, De libero arbitrio. 4.) 172ª—186ª m. s. XIV. Idem, De præcepto et dispensatione. 186ᵇ—188ᵇ vacant. 5.) 189ª—217ᵇ. m. s. XV. Indices in Augustini libros de civitate Dei et quædam opera Bernhardi. 218ª—222ᵇ vacant. 6.) 223ª—242ª. in ch. m. s. XV. Thomas Bradwardinus archiepiscopus Cantuarensis, De proportionibus fragmentum. 242ᵇ vacat. 7.) 243ª—253ª. m. s. XIV. S. Bernhardus Clarævallensis, Meditationes. 253ᵇ—257ᵇ vacat. 8.) 258ª—279ª. in ch. m. s. XV. Henricus de Hassia seu de Vrimaria, Sermones de quattuor instinctibus. Denis I, CCCLX.

1313. [Univ. 193.] m. XIV. 107. 4°. 1.) 1ª—100ᵇ. Guilelmus Peraldus, Summa vitiorum. Præfixus est index. 2.) 100ᵇ—101ª. 'De gaudiis coelorum.' 3.) 101ª—103ᵇ. Alanus ab Insulis, De sex alis Cherubym. 4.) 103ᵇ—107ª. Cento e Patribus de passione Domini, de VII verbis beatæ Virginis, de confessione, de coena Domini, homiletica etc. Denis II, DCLXXX.

1314. [Rec. 3337.] m. XII. 100. 4°. 1.) 1ª—99ª. Grimlaicus, Regula solitariorum. 2.) 99ᵇ—100ª. Tabulæ chronologicæ. Denis II, DCCXXXII.

1315. [Rec. 3094.] m. XIV. 112. 4°. Siboto ordinis prædicatorum, Sermones de sanctis per totum annum et inde a folio 95 in totius anni dominicas. Denis II, DCCLXXXI.

1316. [Theol. C. 944.] m. XV. 105. 4°. c. init. c. et pict. m. 1.) 1ª—48ᵇ. De sancta Brigitta et de ordine S. Salvatoris. Cum additionibus. 2.) 49ª—59ᵇ. E revelationibus S. Brigittæ. 60 vacat. 3.) 61ª—83ᵇ. Birgerus archiepiscopus Upsalensis, 'Historia de S. Birgitta in festiui-

Digitized by Google

tatibus eiusdem decantanda.' Cum notis musicalibus. 4.) 84ª—103ª. Quattuor missæ in honorem Sanctæ Brigittæ cum notis musicalibus. 5.) 103ª — 105ª. Oratio rhythmica de vita S. Brigittæ. Denis II, DCCXXXIX.

1317. [Rec. 3133.] m. XIV. 239. 4⁰. 1.) 1ª—3ª. Nicolaus de Lyra, Expositio super Evangelium: 'Cum videritis abhortacionem desolacionis.' Incip.: 'Considerandum autem quod alia...' Expl.: 'ipsi Christo reuelatus . ad quem pertinet.' 3ᵇ vacat. 2.) 4ª—37ᵇ. Idem, Sermones dominicales. Incip.: 'Dominica prima de aduentu domini. Cum appropinquasset ihesus ierosolimis...' et expl.: 'psalmus: Beati qui ha. etc. Rogemus.' 38 et 39 vacant. 3.) 40ª — 239ª. Idem, Postilla per quadragesimam usque ad diem innocentium.

1318. [Salisb. 198.] m. XIV. 192. 4⁰. 1.) 1ª—185ª. Raymundus de Pennaforte, Summa de poenitentia et matrimonio. 2.) 186ª—192ª. S. Gregorius Magnus Papa, Constitutiones. 3.) 192ᵇ. Formula offerendi sacrificii (missæ). Incip.: 'Acceptabile sit...'

1319. [Rec. 525.] m. XIV. 115. 4⁰. Sermones seu potius themata sermonum per circulum anni. Denis II, DCCXCIII.

1320. [Rec. 527.] m. XIV. 228. 4⁰. Sermones per circulum anni ab adventu domini. Incip.: 'Dies appropinguabit...' Expl.: 'iter ad celestia dirigeret.' 19ª. Versus latini argumenti ascetici.

1321. [Theol. 618.] m. XII et XIII. 160. 4⁰. 1.) 1ª—55ª. m. s. XIII. Tractatus theologicus de Deo. Incip.: 'Vtrum theologia sit scientia...' Expl.: 'tamen ex parte dei per rationem dicit...' Finis deest. Sequitur Index. 55ᵇ et 56 vacant. 2.) 57ª—85ᵇ. m. s. XIII. Vita S. Silvestri papæ. Incip.: 'Sanctus Siluester cum esset infantulus...' Expl.: 'usque in hodiernum diem.' 3.) 86ª—90ª. m. s. XIII. Catalogus archiepiscoporum Coloniensium. Incip.: 'Aput Agrippinam nobilem civitatem...' Expl.: 'Quinquagesimus IIᵘᵍ successit Engilbertus de valkinberg prepositus maioris ecclesie Coloniensis.' 4.) 90ᵇ. m. s. XIII. Fragmentum homiliæ de discretione. Incip.: 'In cunctis enim uobis semper debet...' Expl.: 'ualeat quis sufficiat estimare.' 5.) 90ᵇ. m. s. XIII. Catalogus imperatorum a Carolo Magno usque ad Fridericum secundum. Sequuntur versus librarii de questione, quinam in amore præferendus sit, miles an clericus. 6.) 91ª—95ª. m. s. XIII. Sententiæ e Patrum operibus collectæ. 7.) 95ª—100ª. m. s. XIII. Legenda de Tundalo. 8.) 100ᵇ—122ᵇ. m. s. XIII. Vitæ sanctorum (Catharinæ, Helenæ, Margarethæ, Thomæ, Petri, Pauli, Jacobi et Philippi). 123ª vacat. 9.) 123ᵇ—160ᵇ. m. s. XII. Honorius Augustodunensis, Gemma de divinis officiis per circulum anni. Pertinet usque ad verba: 'Nomen dei sanctificetur . cum nos filio eius uniti...' Denis I, CCCXXVI.

1322. [Theol. 565.] m. X. 79. 4⁰. 1.) 1ª—63ª. Johannes Chrysostomus, De reparatione lapsi. 2.) 48ᵇ—52ª. In margine fragmenta poëmatum latinorum in honorem imperatorum Ottonis III et Henrici II.

Digitized by Google

3.) 63ª—64ª. Theonas, de consolatione tertia, cap. 21. Excerptum. 4.) 64ª—64ᵇ. Excerpta ex operibus patrum de s. eucharistia. 5.) 64ᵇ—66ᵃ. Johannes Chrysostomus, Excerpta ex ejus 'Exhortatoria ad poenitentiam.' 6.) 66ᵇ—68ᵇ. Excerpta ex ejus opere De reparatione lapsi. 7.) 68ᵇ—71ª. S. Gregorius Magnus papa, quædum ex ejus tractatu de reparatione lapsi. 8.) 71ª—74ª. Isidorus Hispalensis, Excerpta ex ejus tractatu de reparatione lapsi. 9.) 74ª—77ª. Johannes Chrysostomus, Excerpta ex ejus homilia 43: 'ne nimis crudelis sit sacerdos.' 10.) 78ª—78ᵇ. Fragmentum orationis: 'pro virginibus ad Deum.' 11.) 79ª—79ᵇ. Fragmenta cantilenarum ecclesiasticarum cum neumis. 12.) 65ª. Glossæ theodiscæ. Denis I, CCXII.

1323. [Theol. 584.] m. XIII. 169. 4⁰. Commentarius in psalmos. Præcedunt duo folia, numeris non signata, in quibus fragmenta alterius commentarii psalmorum leguntur. 169ª. Versus leonini argumenti ethici et paræenetici. Folium sequens numero non signatum continet tentamina calami. Denis I, LXXXIII.

1324. [Theol. 588.] m. XII. 141. 4⁰. Apocalypsis cum commentario, qui f. 26 incipit et usque ad finem pertinet. Adjecti sunt prologi S. Hieronymi. Denis I, LXII.

1325. [Theol. 484.] m. XIV. 107. 4⁰. 1.) 1ª—47ª. Excerpta e veteri testamento. Incip.: 'In principio creavit deus...' Expl.: 'in remissionem peccatorum.' 47ᵇ vacat. 2.) 48ª—106ᵇ. Index vocabulorum hebraicorum, græcorum etc. V. et N. T., quorum nonnulla germanice versa sunt. 3.) 106ᵇ—107ᵇ. Hexametri vulgati de nominibus animalium et plantarum cum glossis germanicis. Denis I, CLIII. Hoffmann CCCXCIX.

1326. [Salisb. 244.] m. XIV. 132. 4⁰. 1.) 1ª—76**ᵇ. Petrus Cantor, verbum abbreviatum. 2.) 77ª—110ᵇ. Sermones breves de tempore per annum. Incip.: 'Sit omnis homo velox ad audiendum...' Finis deficit, scriptura vetustate deleta. 3.) 111ª—132ᵇ. Bernhardus episcopus Faventinus, Summa super decretalibus, ab ipso compilatis. Incip.: 'Gloria patris filius sapiens...' Expl.: 'cuius casus nocere potuit.' In foliis thecæ adglutinatis psalterii fragmenta.

1327. [Nov. 245.] m. XV. (1482) 234. 4⁰. 1.) 1ª—174ª. (H. Suso) Horologium sapientiæ. Incip.: 'Sentite de domino in bonitate...' Expl.: 'qui cum patre et spiritu sancto viuit' etc. 174ᵇ vacat. 2.) 175ª—234ª. Johannes Gerson, De spirituali vita animæ. In folio numero non signato, inter thecam anteriorem et folium signatum primum, fragmentum diplomatis germanici de fundatione quadam plebani Johannis Päträr in Scheybs. In folio numero non signato, inter thecam posteriorem et folium signatum ultimum, fragmenta argumenti ascetici.

1328. [Nov. 250.] m. XV. 109. 4⁰. 1.) 1ª—4ᵇ. Themata sermonum. Incip.: 'Assit principio sancta maria meo amen.' Expl.: 'Tangit fim bria uestimenti eius.' 2.) 5ª—101ᵇ. Sermones in dies dominicas et festivitates. Incip.: 'Erunt signa in sole et luna et stellis...' Expl.: 'in quo imperam tecum in secula seculorum.' 3.) 101ᵇ. Expositio

Digitized by Google

orationis dominicæ. Incip.: 'Pater noster...' Expl.: 'sanctificetur nomen tuum . ecce persona . persona peticio.' 4.) 102ᵃ—109ᵇ. Johannes Parisiensis, de processu naturæ et de materia prima. Incip.: 'In hoc tractatu querimus ..' Expl.: 'finitur opusculum dictum de processu nature et... de materia prima, a magistro Johanne Parisiensi editum, et Erfordie publicatum anno domini 1338 in.... IV. Kal. Jan.'

1329. [Lunæl. Q. 56.] m. XIV. 100. 4⁰. Hermannus Contractus, Sermones de sanctis per circulum anni. Incip.: 'De S. Andrea apostolo. Ambulans Jesus Christus iuxta mare galilee...' Expl.: 'Explicit opus contractus de sanctis per circulum anni.'

1330. [Salisb. 193.] m. XIV. 154. 4⁰. 1.) 1ᵃ—112ᵇ. Sermones de tempore et de sanctis. Incip.: 'In aduentu domini . Respicite et levate...' Expl.: 'ad quod nos perducat qui viuit et regnat.' 78. Notæ quædam breviores de gallina, de milvo, de pavone, de unicorne et contra avaritiam claustralium. 2.) 113ᵃ—154ᵇ. De confessione. Incip.: 'Ad quid ualet confessio sacerdoti facienda...' Expl.: 'sed formidata locutionis prolixitate perpedimus.'

1331. [Salisb. 199.] m. XIV. 120, recte 121. 4⁰. 1.) 1ᵃ. Versus memoriales. 2.) 2ᵃ—118ᵃ. Raimundus de Pennaforte, Summa de poenitentiis. 3.) 118ᵃ—120ᵇ. Tractatus breves de variis casibus, e. g.: 'si aqua aut vinum in calice deficiat; quomodo procedendum in concilio, in puniendis subjectis etc.' Finis deest.

1332. [Salisb. 241.] m. X. 226. 4⁰. 1.) 1ᵇ. Figura S. Hieronymi calamo exarata. 2.) 2ᵃ—108ᵃ. 'Liber de diversis sententiis': a.) De deo vel ejus vocabulo; b.) De filio dei; c.) De spiritu sancto; d.) De eadem trinitate' etc.... Incip.: 'Qui uellent intelligi...' Expl.: 'uenerat ora ejus.' 3.) 108ᵇ—159ᵃ. S. Hieronymus, De passione domini e commentariis in S. Matthæum. 4.) 159ᵃ—200ᵃ. Laurentius Mellifluus, De duobus temporibus. 5.) 200ᵇ—226ᵇ. 'Quæstio super epistola S. Jacobi apostoli.' Incip.: 'Jacobus dei qui appellatur frater...' Expl.: 'adiectio narratio.'

1333. [Univ. 110.] m. XIV. 159. 4⁰. 1.) 1ᵃ—63ᵇ. S. Bonaventura, Breviloquium super sacram paginam. 2.) 64ᵃ—77ᵃ. De articulis fidei et ecclesiæ sacramentis. Incip.: 'Postulat a me uestra dilectio...' Expl.: 'ut interficiant latinos.' 3.) 77ᵇ—85ᵇ. Evangelium Nicodemi. 4.) 86ᵃ—96ᵇ. Pseudo-Alexander Magnus, Epistola ad Aristotelem De itinere et de situ Indiæ. 5.) 96ᵇ—112ᵃ. 'Liber belli magni Alexandri.' 6.) 113ᵃ—139ᵃ. S. Aurelius Augustinus, Soliloquia. 7.) 139ᵃ—155ᵇ. S. Hieronymus, ad Eustochium de psalmo 44: 'audi filia et vide' etc. 8.) 155ᵇ—157ᵃ. Pseudo-Hieronymus, Epistola ad Oceanum. 9.) 157ᵃ—159ᵃ. Idem, Epistola ad Pammachium et Oceanum. 10.) 159ᵃ—159ᵇ. S. Thomas Aquinas, Oratio, incip.: 'Concede michi optime et misericors deus' etc. — In foliis numero non signatis inter thecam et folia signata: a) fragmenta scholastica: de clausulis etc. b) fragmentum diplomatis germanici. Denis II, DLXXV.

Digitized by Google

1334. [Nov. 103] m. XIV. (1306) 264. 4°. 1.) 1ª — 256ᵇ. Thomas de Hibernia, Manipulus florum. 2.) 256ᵇ—264ᵇ. Initia et fines operum diversorum Patrum aliorumque doctorum, ut Dionysii, Augustini, Ambrosii, Hieronymi, Gregorii, Bernhardi, Hilarii, Isidori, Chrysostomi, Rabani, Damasceni, Anselmi, Ricardi de S. Victore, Hugonis de S. Victore, Alcuini, Alani, Plinii, Valerii Maximi, Macrobii, Ciceronis, Boëthii, Senecæ etc.

1335. [Nov. 235.] m. XIII. 75. 4°. Sermones, lectiones et sermonum themata. Initium deest. Incip.: 'th' credendo in deum uiuum.' Sermo primus completus incip.: 'dom I. post nat. Lucam. In presenti lectione sancti evangelii...' Ultima rubricarum est: 'De fornicatione mulieris' et incip.: 'Mulier fornicasti negasti partum ...' Expl.: 'qui in ipsa prouincia requiescere uidetur.'

1336. [Nov. 236.] m. XV. 99. 4°. Johannes Cassianus, Collationes patrum viginti quattuor.

1337. [Theol. 898.] m. XV. 258. 4°. 1.) 1ª—20ᵇ. Johannes Wiclef, De officio pastorali. Incip.: 'Cum duplex debet esse...' Expl.: 'regis regum.' 2.) 20ᵇ—24ª. Idem, De vaticinatione. Incip.: 'Cum secundum sanctos...' Expl.: 'est seducta.' 3.) 24ª—24ᵇ. Idem, De purgatorio. Incip.: 'Unde quidam...' Expl.: 'siue ultimo.' 4.) 25ª—33ª. Idem, De triplici vinculo amoris. Incip.: 'Tria sunt uincula amoris...' Expl.: 'legis dei.' 5.) 33ª—35ᵇ. Idem, De novis ordinibus. Incip.: 'Secundum apostolum...' Expl.: 'scriptura.' 6.) 36ª—36ᵇ. Idem, De detectione perfidiarum Antichristi. Incip.: 'Paulus docet ad Ephesios...' Expl,: 'de ipsa hostia est questio ventilata.' 7.) 36ᵇ—37ᵇ. Idem, De gradibus cleri ecclesiæ. Incip.: 'Quidam secularis probus...' Expl.: 'istum mundum.' 8.) 37ᵇ—39ᵇ. Idem, De demonio meridiano. Incip.: 'frons meritricis facta est...' Expl.: 'impedit caritatem in Anglia germinare.' 9.) 36ᵇ—43ᵇ. Idem, De concordatione fratrum cum secta simplici Christi. Incip.: 'Cum Christus sit primus...' Expl.: 'quod super mendacium sit fundatum.' 10.) 43ᵇ—47ª. Idem, De ordine christiano. Incip.: 'Ad declarandum ueritatem...' Expl.: 'libere acceptanda...' 11.) 47ª—50ᵇ. Idem, De eucharistia et poenitentia. Incip.: 'Dvo sunt sacramenta...' Expl.: 'confiteri.' 12.) 51ª—52ᵇ. Idem, Quattuor epistolæ a) papæ Urbano; b) ad archiepiscopum Cantuariensem; c) episcopo Lincolniensi; d) ad simplices sacerdotes. 13.) 52ᵇ—53ᵇ. Idem, De amore. Incip.: 'Quidam fidelis in domino...' Expl.: 'dirrumpamus.' 14.) 53ᵇ. Idem, De peccato in spiritum sanctum. Incip.: 'Nemo peccat in spiritum sanctum...' Expl.: 'sunt prelati.' 15.) 53ᵇ—57ᵇ. Idem, De citationibus frivolis et aliis versutiis antichristi. Incip.: 'Si papa vel eius uicario citante...' Expl.; 'libertate.' 16.) 57ᵇ—67ª. Idem, De cruciata. Incip.: 'Cum secundum fidem catholicam...' Expl.: 'sacerdotibus deputandum.' 17.) 67ª—68ª. Idem, De dissensione paparum. Incip.: 'Quia ista monstruosa dissensio...' Expl.: 'tanquam fidem.' 18.) 68ª—71ª. Idem, De oratione et ecclesiæ purgatione. Incip.: 'Docturus de oratione...' Expl.: 'expellende.' 19.) 71ᵇ—72ᵇ,

Digitized by Google

1583. [Rec. 1989. a.) m. XIV. 100. 4⁰. 1.) 1ᵇ—86ᵇ. Guilelmus Peraldus, Summa virtutum et vitiorum. 32ᵃ—43ᵃ. 'De timoribus' singularis tractatus inscribitur in cod. 2.) 86ᵇ. 'Septem dubitabilia de corpore Christi.' 3.) 86ᵇ—88ᵃ. 'Plurima miracula de corpore Christi.' 4.) 88ᵃ—89ᵇ. Rudbertus Grossi Capitis vel Gualterus Mapes, Disputatio rhythmica inter corpus et animam. 5.) 89ᵇ—90ᵇ. Continuantur miracula in num. 3. 6.) 91ᵃ. De beata virgine. 7.) 91ᵃ ᵇ. De crucifixo. 8.) 92ᵃ—100ᵃ. Continuatur Guilelmi Peraldi Summa virtutum et vitiorum in num. 1. et adjiciuntur Index et arbor virtutum et vitiorum. 100ᵇ. Figuræ virtutum calamo exaratæ. Denis II, DCLXXIX.

1584. [Rec. 3097.] m. XIV. 169. 4⁰. 1.) 1ᵃ—140ᵇ. Thomas Guallensis et Nicolaus Trivetus, Expositio super libros beati Augustini De civitate dei. 2.) 140ᵇ—142ᵇ. L. Annæus Seneca, De quattuor virtutibus

Digitized by Google

cardinalibus. 3.) 143ª. 'Registrum in libros de civitate dei beati Augustini.' 4.) 143ᵇ—158ᵇ. Prosper, Sententiæ in libris Augustini. 5.) 159ª—169ª. Cassiodorus, De amicitia vera. Denis II, CCCXLV.

1585. [Salisb. 90.] m. XIV. 100. 4°. 1.) 1ª—70ª. Commentarius in Ecclesiasten. 2.) 70ᵇ—84ᵇ. Commentarius super Cantica. 3.) 85ª—92ᵇ. Commentarius super Proverbia. 4.) 93ª—99ª. Commentarius super Ecclesiasten. 5.) 99ᵇ—100ª. Expositio Luc. IX. 29—33.

1586. [Rec. 3113.] m. XIII. 203. 4°. Evangelia et Epistolæ per circulum anni.

1587. [Nov. s. n.] m. XV. 24. 4°. 1.) 1ª—14ª. Tractatus De potestate pontificis. Incip.: 'Post questiones pertinentes...' Expl.: 'diffuse manifestaui.' 2.) 14ᵇ—19ª. Tractatus asceticus. Incip.: 'Ostendit michi angelus etc. apoc. XXII. sicut dicit beatus Gregorius...' Expl.: 'conferat nobis Jhesus.' 3.) 19ᵇ—24ᵇ. Aegidius Romanus seu de Columna, Liber de regimine principum. Mutilus est, deficiens in lib. I. c. 9. a verbis: 'per multa tempora contingat.'

1588. [Eug. Q. 5.] m. XV. (1432.) 211. 4°. 1.) 1ª—78ª. Bartholomæus Constantinopolitanus, 'Libellus contra precipuos errores grecorum.' Incip.: 'Licet grecorum ecclesiam...' Expl.: 'nec christiani.' 2.) 81ª—190ᵇ. Idem, 'Contra hæresim Wiclefistarum et Hussitarum.' Incip.: 'Jussit uestra reuerendissima paternitas...' Expl.: 'gubernata ecclesia Christi.' 3.) 191ª—211ᵇ. Idem, 'Contra errores Waldensium.' Incip.: 'Primo quia dicunt...' Expl.: 'catholicis obuiandum.' Denis II, DCX conf. I, CCCLXXII.

1589. [Rec. 2014. a.] m. XIII. 323. 4°. 1.) 1ª—112ª. Tractatus dogmatico-moralis: De articulis fidei, De sacramentis, De virtutibus et vitiis. Adjectus est Index. Incip.: 'Cum solus in cella sederem...' Expl.: 'opusculum sum aggressus.' 2.) 112ᵇ—113ª. Sequentia neumata de S. Agnete, incipiens: 'Pulchra facies, sed pulchrior...' 3.) 114ª. Formula medicamenti. 4.) 115ª—216ª. Nicolaus de Hanapis, Liber de exemplis sacræ scripturæ. Incip.: 'Creacio rerum fecit...' Expl.: 'per interminabilia secula.' 5.) 217ᵇ—221ª. Index operis cujusdam intitulati: 'cancellarius.' 6.) 221ᵇ—222ᵇ. Bonifacius VIII., Bulla: De confessione mendicantium ordinum: 'Super cathedram eminentie pastoralis...', data: 'XII Col. martii pontificatus anno sexto.' 7.) 224ª—303ª. 'Opusculum exemplorum ad prædicationem verbi dei.' Incip.: 'Erat in tholetana urbe...' Expl: 'inferni narraret.' 8.) 303ᵇ—310ᵇ. Hugo ord. Præd., Tractatus super missam, qui dicitur 'speculum ecclesie.' Incip.: 'Induite uos armatura...' Expl.: 'in bonis operibus.' 9.) 310ᵇ—315ª. Expositio orationis dominicæ. 10.) 315ᵇ—319ᵇ. Sermones VII De Poenitentia. Incip.: 'Penitentiam agite...' Expl.: 'Sic pacis premium.' 11.) 319ᵇ—321ᵇ. Sermones VI. Incip.: 'Cum jejunatis nolite frui...' Expl.: 'uoluntarium non est meritorium.' 12.) 322ª ᵇ. 'Nota de prædicatis in divinis, quæ supra substantiam et quæ supra personas cadunt.' 13.) 323ª. Series numerorum cardinalium, ordinalium etc. sex columnarum. 14.) 323ª. Formula litera-

Digitized by Google

rum, quibus plebanus peccatorem Pontifici pro absolutione a perpetrati homicidii culpa commendat. Denis II, DXC. cf. I, CLXIII.

1590. [Univ. 690.] m. XIV. 252. 4⁰. 1.) 1ᵃ—26ᵃ. Commentarius in primum librum sententiarum Petri Lombardi. In initio legitur tractatus: 'De theologiæ scientia.' 2.) 26ᵃ—45ᵇ. Quæstiones super secundum librum sententiarum. In Initio legitur tractatus: 'Utrum essentiæ rerum creatarum sint ab æterno?' 3.) 46ᵃ—62ᵃ. Thomas Aquinas, Excerpta ex ejus libr. III. Summæ theologiæ. 4.) 63ᵃ—79ᵃ. 'Super quartum librum sententiarum.' 5.) 81ᵃ—104ᵇ. Commentarius in libros sententiarum usque ad Lib. III. dist. 26. 'de spe.' 6.) 105ᵃ—126ᵃ. Thomas Aquinas, Excerpta ex ejus libr. III. Summæ theologiæ. 7.) 127ᵃ—164ᵇ. Quæstiones super Lib. sententiarum usque ad Lib. II. dist. 24. 8.) 166ᵃ—252ᵃ. Landulphus Caracioli, Super quartum Librum sententiarum. Denis II, DXXXIII.

1591. [Rec. 1536.] m. XVI. 117. 4⁰. c. pict. m. Alberti Dürer. Columba. Tractatus asceticus nullo titulo generali insignitus. Prologus incipit: 'V. O. L. V. I. idcirco filii dilectissimi sanctarum uirtutum.' Expl.: 'minime reperitur.' Opus incip.: 'Hic incipit prima pars columbæ quæ uocatur anterior et distinguitur in quatuor capitula in quibus ponuntur similitudines duarum uirtutum theologicarum, charitatis scilicet et spei...' Expl.: 'exultabunt, plorantes cantabunt.' Denisius autorem operis fratrem Johannem de Deo suspicatur. Denis II, DCCXXXV.

1592. [Lun. Q. 3.] m. XV. (1453.) 64. 4⁰. 1.) 1ᵃ—32ᵃ. Albertus Magnus Tractatus de veris virtutibus. 2.) 32ᵃ—52ᵇ. Idem, Spiritualis philosophia de necessaria ac salutari sui ipsius cognitione. 3.) 52ᵇ—64ᵃ. Idem, Tractatus de fine religiosæ perfectionis.

1593. [Lun. Q. 14.] m. XIII. 132. 4⁰. 1.) 1ᵇ—95ᵃ. S. Aurelius Augustinus, Sermones in expositione psalmi 118. 2.) 95ᵃ—132ᵃ. Idem, Liber de spiritu et littera. In primo et ultimo folio neumæ.

1594. [Theol. 461.] m. XV. 64. 4⁰. Antonius Rampelogus de Janua, Morale compendium figurarum biblicarum adjecto indice. Denis I, CLXXII.

1595. [Theol. 426.] m. XII. 86. 4⁰. 1.) 1ᵃ—24ᵇ. Opusculum de actione missarum. Incip.: 'In mysterio corporis...' Expl.: 'Eorumdem sacramentorum.' 2.) 25ᵃ—30ᵇ. Petrus, Sententiæ novi operis de eucharistia ex epistolis Pauli Apostoli. Incip.: 'Conuenientibus et cetera hic redarguit eos...' Expl.: 'in iudicium dampnationis.' 3.) 30ᵇ—33ᵇ. Sermo de resurrectione mortuorum. Incip.: 'Nolumus autem ignorare...' Expl.: 'fratrem dolebat.' 4.) 33ᵇ—34ᵃ. Sermo super Pauli Epist. ad Hebr. IV. 12. Incip.: 'quare debemus festinare...' Expl.: 'intentionibus nostris.' 5.) 34ᵇ—36ᵇ. Johannes Chrysostomus, Excerpta ex opere ejus de sacerdotis et quidem e libris III et VI. 6.) 36ᵃ—48ᵃ. De corpore Christi. Excerpta e Gregorii Magni, Hilarii, Ambrosii, Leonis papæ, Augustini, Hieronymi, Fulgentii et Cyrilli operibus. 7.) 48ᵃ—86ᵇ. Rabanus Maurus, 'De gravibus mortalibus peccatis ac criminibus eorumque poenitudine ac satisfactione.' Lib. III.

Digitized by Google

adjecto indice. 8.) 86b. Hexametri novem, nomina neumarum continentes. Denis I, DCCC.

1596. [Rec. 1120.] m. XIII. 124. 4°. Hugo de S. Victore, Liber de sacramentis christianæ fidei. Denis II, CCCCLXIII.

1597. [Rec. 2021 a.] m. XV. 105. 4°. 1.) 1a—93a. Statuta ordinis Carthusiensis præcedente indice. 2.) 93b—105b. Novæ consuetudines ordinis Carthusiensis. Finis deest. Expl.: 'meruerint obtinere...'

1598. [Theol. 897.] m. XV. 78. 4°. Johannes Wiclef, Decalogus. Incip.: 'Premissa sententia de dominio...' Finis deest. Expl.: 'corpus in cho—...' Denis I, CCCCIX.

1599. [Theol. 399.] m. XIII. (1299.) 165. 4°. 1.) 1b—155b. 'Henricus monachus S. Crucis, ord. Cist., natione de Schüttenhofen,' Moralitates de naturis animalium. Prologus incipit: 'Ut beatus Bernhardus dicit...' Expl.: 'ad gaudia beatorum.' Opus incip.: 'Primo dicendum est de homine...' Expl.: 'vitam eternam possideamus, quam prestare dignetur nobis dominus etc.' Adjectus est Index. 2.) 156b—163b. Tractatus De processu judiciali. Incip.: 'Antequam de processu judiciali dicatur...' Expl.: 'uel corrigat.' Denis I, DLXVIII.

1600. [Nov. 154.] m. XIV. 107. 4°. 'Summa vitiorum et virtutum curtata.' Incip.: 'Si separaueris pretiosum a vili...' Expl.: 'tacere uero numquam.'

1601. [Nov. 251.] m. XV. 97. 4°. 1.) 1a—77b. Bonaventura, Diæta salutis. Folium primum deest. Incip.: '...neum non querit aliud.' 2.) 78a—86a. Themata sermonum. Incip.: 'Abiciamus opera...' Expl.: 'quere foliorum.' 3.) 86b—87a. Index in Bonaventuræ diætam salutis. (Vid. num. 1.) 4.) 88a—95a. 'Persona Mariæ. In isto libello continentur proprietates diuersarum creaturarum, similitudine conuenientes virtutibus gloriose uirginis Marie.' Textus incip.: 'Beata virgo comparatur celo...' Expl.: 'rutilans ignis.' 5.) 95a—97b. 'Imago beatæ uirginis.' Incip.: 'Nomen virginis Mariæ...' Finis deest. Expl.: 'de sensu et sensato celum...'

1602. [Nov. 160.] m. XV. 156. 4°. 1.) 1a—31b. Richardus de S. Victore, Excerpta ex ejus opere super apocalypsin. Incip.: 'Quatuor sunt visionum modi...' Expl.: 'ad multiplicem prolem fecundantur.' 2.) 31b—39b. 'Super threnos.' (c. I. II.) Incip.: 'quomodo sedet sola ciuitas plena populo...' Expl.: 'illa die peribit.' 3.) 40a—65b. Albertus Magnus, e dictis ejus super XII prophetas. Incip.: 'Augustinus contra Manicheum...' Expl.: 'non conseruare in esse.' 4.) 66a—74b. Aegidius, Tractatus de prædestinatione, præscientia et paradyso. Incip.: 'Post distinctionem...' Expl.: 'huius paradisum spirituale videt et perhabita manifestum.' 5.) 74b—75a. Notata minora de 'disciplinis dei,' de corpore christi, de 'palma justorum' etc. 75b vacat. 6.) 76a—88b. S. Bonaventura, 'Soliloquium de quatuor mentalibus exercitiis.' 7.) 88b—96a. S. Bernhardus Clarævallensis, Homiliæ super: 'missus est angelus ad Mariam.' 8.) 96a—101b. Idem,

Digitized by Google

Meditationes. 9.) 101b—102a. Idem, Epistola ad fratres de monte dei. 10.) 102a—119b. Idem, De diligendo deo. 11.) 119b—123a. Idem, De caritate. 12.) 123a—125b. Idem, (sive S. Aurelius Augustinus) Soliloquium de arca animæ. 13.) 125b—126b. Idem, Epistola consolatoria. Incip.: 'Super bono nuncio...' Expl.: 'sed a nobis nunquam potestis audire.' 14.) 126b—131a. Idem, Apologia. 15.) 131b—135a. Tractatus de decalogo. Incip.: 'Audi Israel...' Expl.: 'pro suis meritis.' 16.) 136a—140b. S. Bernhardus Claræ vallensis, Commentum super planctum B. M. V. 17.) 140b—146a. S. Bonaventura, Stimulus conscientiæ. 18.) 146a—155b. Idem, Stimulus amoris. 19.) 155b—156b. S. Bernhardus Claræ vallensis, Epistola ad canonicos Lugdunensis ecclesiæ de conceptione B. M. V. Plura folia ut 14, 23, 25 etc. sunt rescripta. Scriptura erasa est argumenti theologici et sæculi XIV.

1603. [Nov. 238.] m. XV. 237. 4°. Summa virtutum. Incip.: 'Presens opus habet V partes...' Expl.: 'celestem hereditatem.' Sequitur index. In folio thecæ adglutinato preces lingua germanica conscriptæ.

1604. [Salisb. 233.] m. XIII. 131. 4°. 1.) 1a—2a. Tractatus de passione Christi. 2.) 2b—87b. Rupertus, Summa de adventu domini et aliis festis per circulum anni. 63 Sermones adjecto indice. Incip.: 'Vagit infans...' Expl.: 'deus Israel qui uisitauit.' 3.) 87b—116b. De officiis dominicalibus totius anni. Incip.: 'Tempus quod dominice natiuitatis...' Expl.: 'paruulos uestros,' 4.) 116b—130a. Sermones de Communi sanctorum. Incip.: 'Contemplantis anima...' Expl.: 'fratres suos in domino.' 5.) 130a—131b. Tractatus de passione Christi continuatur. Vid. num. 1. In folio thecæ adglutinato fragmentum calendarii.

1605. [Salisb. 240.] m. XIV. 120. 4°. 1.) 1a—8a. Themata sermonum. Incip.: 'Per arma justicie...' Expl.: 'mea domus.' 2.) 9a—106a. Liber quadragesimalis, qui uocatur 'Tu autem.' Incip.: 'Tu autem qui ieiunas...' Expl.: 'tunc acciderunt.' 3.) 106a—119b. Tractatus de corpore animi. Incip.: 'Confiteantur domino...' Expl.: 'amaritudinem dulcerarent.' 4.) 119b—120a. Notitia de oratione dominica.

1606. [Salisb. 243.] m. XIII. 95. 4°. 1.) 1b—8b. 'Tractatus poenitentiæ.' Rubrica: 'De tribus actionibus penitentie et de tribus speciebus eiusdem et que sint necessaria' etc. Textus incip.: 'Inquiramus uiam rectam...' Expl.: 'penitus sine pena.' 2.) 9a—19b. 'Excerpta Decretorum et definitionum eorum.' Incip.: 'Omnia que uultis...' Expl.: 'quos deus coniunxit.' 3.) 19b—23b. 'De poenitentiis.' Incip.: 'Lacrime lauant delictum...' Expl.: 'boni mores e. d. fucare.' Est continuatio Excerptorum in num. 2. 4.) 23b. Quinque hexametri: 'De poena infirmorum.' Incip.: 'Eger peniteat...' et quinque hexametri cum epigraphe: 'quantus sit effectus confessionis.' Incip.: 'Judicio teget...' 5.) 23b—37a. Sermones: 'De sancto spiritu'; 'Margarethæ virginis'; 'Triplex ager.' Sequuntur sermonum themata. 6.) 37b. De articulis fidei. Incip.: 'Ad distructionem articulorum fidei...'

Digitized by Google

Expl.: 'humanitatem eius.' 7.) 38ᵃ—48ᵇ. Sermones in dies festos B. M. V. 8.) 48ᵇ—65ᵇ. Tractatus breves argumenti theologici et quidem: 'De dominica'; 'De pane propitiationis'; 'Detractor'; 'Qualiter latro misericordiam consecutus est'; 'In die animarum'; 'De quodam heremita'; 'De generibus mortuorum': 'Lingua detractoris': 'De assumptione'; 'De remissione peccatorum'; 'Qualiter S. Augustinus librum scribere uoluit'; 'De confessione'; 'Duo heremitæ'; 'De virginibus'; 'De pontificibus'; 'Qualiter dominus venit'; 'De dolore B. V.'; 'De theloneario'; 'In passione domini'; 'De officio missæ.' 9.) 66ᵃ—92ᵃ. 'Summa vitiorum.' Incip.: 'Dicturi sumus de viciis...' Expl.: 'libertas et consuetudo.' 10.) 92ᵃ—92ᵇ. 'De semine diaboli.' Incip.: 'Inter eos qui fideles...' Expl.: 'Qui ariolos sciscitetur.' 11.) 92ᵃ—92ᵇ. 'De poena infamium.' Fragmentum. Incip.: 'Pena talium secundum canones...' Expl.: 'et post excomunicationem uel admonitionem nolunt se corrigere si serui sunt...' 12.) 93ᵃ. De jejunio. Incip.: 'Quatuor modis ieiunare...' Expl.: 'et se preparent ad ministrandum.' 13.) 93ᵃ—95ᵇ. Sermones, quorum ultimus (V.) fine caret. Incip.: 'Primum est ut quis peccatum suum cognoscat...' Expl.: 'ad emulationem uirtutis noster...'

1607. [Salisb. 129.] m. XIV. 204. 4⁰. 1.) 1ᵃ—76ᵇ. Sermones de tempore. Incip.: 'Benedictus, qui uenit...' Expl.: 'fructu vario premiati.' 2.) 77ᵃ—112ᵇ. 'Quædam brevia sermonum.' Incip.: 'Natus est nobis hodie saluator...' Expl.: 'terrestritatem resoluit.' 3.) 113ᵃ—123ᵃ. Tractatus argumenti theologici. Initium deest. Incip.: '... primi luminis . in genesi . ibi dicitur: Dixit dominus fiat lux...' Expl.: 'solida . motu . recta . materia pura.' 4.) 123ᵃ—204ᵇ. 'Summa Notarie de hiis que in foro ecclesiastico coram quibuscumque iudicibus occurrunt notariis conscribenda.' Incip.: 'Reuerendo in Christo patri domino J(ohanni), dei gratia canturiensi archiepiscopo...' Expl.: 'nec in aliqua causa alia postea eas potuit obtinere.'

1608. [Theol. 736.] m. XIV, 66, 4⁰. Raimundus de Pennaforti, Summa de ordine prædicatorum. 65ᵇ—66ᵃ. Tabulæ consanguinitatis et affinitatis. Denis I, DCLX.

1609. [Theol. 732.] m. X. 69. 8⁰. 1ᵃ vacat. 1.) 1ᵇ—2ᵃ. De pronuntiatione singularum literarum ope organorum hominis. Incip.: 'a. Sub hiatu oris congruo...' Expl.: 'z. dentes mortui cum exprimitur imitatur' (sic). 2.) 2ᵃ—3ᵇ. Rabanus Maurus, De inventione linguarum. Expl.: 'othil. perc.' Cetera desunt. 3.) 4ᵃ. Enumeratio Musarum cum provincia singularum. Incip.: 'Clio historias, Euterpe tibias...' Expl.: 'Caliope literas.' 4.) 4ᵃ. 'De diuisione musice artis.' Incip.: 'Diuisiones musice artis sunt...' Expl.: 'digitorum sonum recipit.' 5.) 4ᵃ—8ᵇ. Sequentiæ seu Tropi cum neumis. Incip.: 'Laudemus omnes dominum...' Expl.: 'et gentium canunt gloriose Amen.' 6.) 9ᵃ—17ᵇ. Epistolæ duæ Notkeri Balbuli. a.) incip.: 'Cum prudens sis...' b.) incip.: 'De nouo autem testamento scire debebis...' 7.) 18ᵃ. 'De nominibus Sasomonis' (l. Salomonis). 8.) 18ᵃ—53ᵃ. Salomon III. episcopus Constantiensis, Liber formularum. Inter folia 49

Digitized by Google

et 50 unum excidit. 9.) 53ᵃᵃ et 53ᵃᵇ. Versus de quinque sensibus, cum appendice prosaica. Incip.: 'Antistes domini . cur sunt tibi...' Expl.: 'nec indignatione tua perterritus.' 10.) 53ᵃᵇ—54ᵃ. Epigrammata octo argumenti ethici. Incip.: 'Talia dictat amor...' Expl.: 'fastidire capillum.' 11.] 55ᵃ—55ᵇ. Fragmentum exponens, quid sit crepusculum, vesper, canticinium etc. 12.) 55ᵇ—63ᵇ. 'Excerptum de epistolis Hieronymi et aliorum virorum.' Incip.: 'Hieronimi ad Augustinum commendans...' Expl.: 'que sunt infelicium remedia...' Cetera desunt. 13.) 64ᵃ. Fragmentum ex epistola Notkeri ad cancellarium Liutwardum. 14.) 64ᵃ—68ᵇ. Methodius, Prophetiæ cum continuatione. Finis deest. Expl.: 'in tempore illo. Sed phis...' 15.) 69ᵃ—69ᵇ. Carmen germanicum 'leich' appellatum, continens paraphrasin psalmi 138. Denis I, DCCCXXVIII. Hoffmann III.

1610. [Rec. 53.] m. XII. 37. 4⁰. Petrus monachus, Isagoge in theologiam e dictis sanctorum patrum collecta. Incip.: 'In scriptura sacra deus aliquando nuncupatiue...' Finis deest. Expl.: 'facta es conscia.' Denis II, CXII.

1611. [Rec. 38.] m. XIV. (1306.) 379. 4⁰. 1.) 1ᵃ—368ᵇ. Thomas de Hibernia, Manipulus florum. 2.) 368ᵇ—379ᵇ. Enumeratio fontium operis præcedentis, in editionibus omissa. Incip.: 'notandum est quod libros...' Expl.: 'ulli flumini dulcior gustus.' Denis II, CCCCXLIII.

1612. [Theol. 459.] m. XIII. et XIV. 190. 4⁰. 1.) 1ᵃ—67ᵇ. m. s. XIII. Interpretatio nominum hebraicorum et græcorum sacræ scripturæ. 2.) 68ᵃ—190ᵇ. m. s. XIV. 'Castigationes et variæ lectiones bibliorum.' Incip.: 'litterarum sacrarum latino interprete...' Expl.: 'infra partem eius de libro uite.' Denis I, CLXXVIII.

1613. [Theol. 483.] m. XV. 196. 4⁰. 1.) 1ᵃ—114ᵇ. Conradus Halberstadensis, Trivium. Opus in codice incipit ab articulo: 'correctis.' 2.) 115ᵃ—196ᵇ. Argumenta mythologica et historica moralizata, e Planciade Fulgentio, Plinio, Seneca, Ovidio, e Roberti Holkot moralitatibus aliorumque operibus desumpta. Incip.: 'Nota quod ydolatria...' Finis deest. Expl.: 'veneno evaporante incedit sic invidus nunquam.' Denis I, DLXX.

1614. [Theol. 576.] m. XII. 61. 4⁰. 1.) 1ᵃ—12ᵇ. Richardus Anglus (?), De officiis clericorum. Incip.: 'Uenerabilibus sacerdotibus N. et N. Ricardus deuotissimus. Viam nostram sepi lapidibus...' Expl.: 'opus dei obseruatum est.' 2.) 13ᵃ—30ᵇ. Catechesis argumenti liturgici. Incip.: 'Quare LXX. celebratur...' Expl.: 'per lectionem non referenda.' 3.) 31ᵃ—61ᵇ. De plantarum virtute medendi, poëma hexametricum. Initium deest. Incip.: 'Adde meri tantum...' Finis deest. Expl.: 'Mansum confirmant adipi fundendo vetusto.' Denis I, DCLXX.

1615. [Rec. 3131.] m. XIV. 282. 4⁰. Bartholomæus de S. Concordio, Summa casuum conscientiæ, ordine alphabetico digesta, adjecto indice. 282ᵃᵇ. Notulæ historicæ.

1616. [Salisb. 230.] m. IX. 186. 4⁰. 1.) 1ᵃ. Notitia brevis de passione Christi. 1ᵇ vacat. 2.) 2ᵃ—10ᵇ. Lectionarius. Rubrica: 'In nomine

Digitized by Google

patri et filio et spiritui sancto. Incipiunt Commentarii de singulas lectiones orthodoxorum atque catholicorum. Lectio prima de aduentum domini die octabo ante natale domini.' Incip.: 'Sanctam atque desiderabilem...' Expl.: 'Sed filius domini.' 3.) 10b—186b. Sermones. S. Aurelius Augustinus, Sermo de nativitate domini; Idem, sermones tres de eadem; Idem, de die natali S. Stephani; Idem, duo de eodem sancto; Idem, de natale innocentorum (sic); Idem, de infantibus occisis; Idem, de epiphania. S. Didymus, Sermo de theophania; S. Augustinus, Sermo de quadragesima; Idem, alius de quadragesima; Idem, alius de quadragesima; Idem, Homelia evangelii in caput quadragesimæ; Idem, de quadragesima. Sermo admonitionis; Sermo de fariseo et publicano. S. Fulgentius, Sermo de symbolo. 'Ab eo quod ait: proximum autem erat pascha iudeorum' etc. S. Augustinus, Sermo De die sancto paschæ. 'De pascha item sermo de resurrectione. Item in pascha. Item de pascha. Item in eodem. Alia in eodem die. Alius in eodem diem. De octabas paschæ. Alius in eodem die. Homelia dm. Gregorio, quod legitur in ascensione. Omelia leccionis eiusdem in die sancto pentecosten. Sermo S. Augustini de natiuitate S. Johannis baptiste.' Idem, De eodem. Idem, De natali Petri et Pauli; Idem, sermo de eorumdem passione; Idem, Sermo de eodem; Idem, De natali martirum; Idem, De eodem. 'Sermo de martyribus; Omelia in natale omnium virginum. In natale uirginum. Omelia, lectio eiusdem in natale omnium sanctorum.' Finis deest. Expl.: 'non erubescunt ueniet ueniet.' In folio numero non signato inter thecam et folia signata fragmenta argumenti medicinalis m. s. XIV.

1617. [Univ. 547.] m. et ch. XIV. 199. 4°. Commentarius in libros sententiarum.

1618. [Univ. 537.] m. XIII. 36. 4°. Gilbertus Porretanus, Commentarius in Boëthium de trinitate, seu potius de duabus naturis et una persona Christi. Denis II, CCCCLX.

1619. [Salisb. 229.] m. XIII. 187. 4°. Guilelmus Antissiodorensis, Summa theologiæ. In foliis thecæ adglutinatis fragmenta scholastica.

1620. [Rec. 1122.] m. XIII. 143. 4°. Innocentius V. Papa (Petrus de Tarentasia, O. P.), Commentarius in tertium librum sententiarum. Denis II, DXL.

1621. [Rec. 1124.] m. XIV. 112. 4°. 1.) 1a—111b. Summa de poenitentia. Incip.: 'Cum miserationes domini sint super omnia opera eius...' Expl.: 'pro peccato manifesto quam pro occulto Et hæc ad presens de penitentia sufficiant.' Priora novem folia continent indicem rerum alphabeticum cum epigraphe: 'Summa casuum.' Sequitur index capitulorum. 2.) 112a b. Schema ordinandi Anni ecclesiastici, in usum a. 1312. Denis II, DCCLI.

1622. [Theol. 431.] m. XV. 188. 4°. 1.) 1a—64b. Stanislaus de Znoyma, Tractatus de peccato et gratia. Incip.: 'Cum sit necessarium deplangere et odire...' Expl.: 'de peccato et gratia in generali. Deo gratias amen.' 65a—82b vacant. 2.) 83a—128a. Johannes Wiclef,

Digitized by Google

De simonia. Incip.: 'Sentencia tractatus de symonia...' Expl.: 'qui super totam ecclesiam semper regnat. Explicit hoc uerum conculcans symonis clerum, cunctos cum papis, monachis, ceterisque prelatis.' 128b — 132b vacant. 3.) 133a — 157b. Idem, Speculum militantis ecclesiæ. Incip.: 'Cum idemptitas sit mater fastidii...' Expl.: 'ut ueritati fructuose Consentiat in hac parte.' 4.) 158b — 179b. Idem (ut Denisius putat) 'Responsiones ad XLIV quæstiones.' Incip.: 'Qvidam doctor vtinam veritatis...' Expl.: 'mendacii nequitia dominetur.' 5.) 179b—180b. Idem, 'Epistola responsoria ad V quæstiones.' Incip.: 'Qvod clerus regni Anglie...' Expl.: 'in hoc statu miserie disrumpamus.' 6.) 180b—188a. Idem, Tractatus breviores: De ordinatione ministrorum ecclesiæ; De corruptione cleri in Anglia; De mendicantium ordinibus.' Primus tractatus incipit: 'Quidam secularis probus zelator...' ultimus expl.: 'super mendacio sit fundatum.' Denis I' CCCXL.

1623. [Theol. 430.] m. XIV. 83. 4°. Petrus Alphonsus, Hebræus, Dialogus. In folio numero non signato inter thecam et folia signata continetur Epistola Papæ Urbani V. (1261 — 1265) abbati Techingensi in dioecesi Augustana transmissa. Denis I, CCCLXIII.

1624. [Theol. 425.] m. XIII. 68. 4°. Tractatus super missam, sive compendiarius missæ. Incip.: 'Missa a IV causis nomen cepit...' Expl.: 'presumptioni ascribitur.' Denis I, DCCCI.

1625. [Theol. 427.] m. XIII. et XIV. 209. 4°. 1.) 1a—21a. m. s. XIV. 'Sermones aliquot modo figurativo compilati, quantum ad formam procedendi.' Sunt themata sermonum. 21b—22b vacant. 2.) 23a—31b. m. s. XIV. Conradus Halberstadensis (?). Tripartitum moralium, i. e. collectio exemplorum ex Aristotele, Pompejo Trogo, Valerio Maximo, Seneca, Augustino, Alberto, et aliis. Adjectus est Index in fine mutilus. 3.) 31b—33a. m. s. XIV. 'Incipiunt septem enigmata Aristotelis moralizata, que recitantur a Valerio Maximo libro III. ad Ruffianum.' Incip.: 'Posside sapientiam, quoniam melior est auro...' Expl.: 'via eius et vindicta.' 4.) 33a—53a. Continuatur collectio num. 2. 5.) 53b — 70b. m. s. XIV. Conradus Halberstadensis, Trivii liber III. 6.) 71a — 110b. m. s. XIV. Themata sermonum. 7.) 111a — 138b. m. s. XIV. Peregrinus de Sanctis, Sermones de sanctis a die S. Andreæ usque ad diem S. Catharinæ. 8.) 139a — 146a. m. s. XIV. Octo sermones varii argumenti. 146b—148b vacant. 9.) 149a—165b. m. s. XIII. Collectio canonum e decretis conciliorum, epistolis paparum et decisionibus principum. Initium deest. 10.) 165b — 196b. m. s. XIII. 'Liber quæstionum S. Hieronymi, Augustini, Gregorii.' 11.) 197a—209b. m. s. XIII. Isidorus Hispalensis, Originum Liber V. et excerpta ex earumdem Libro VI et VII. Denis I, DCCLVI.

1626. [Rec. 2011. a.] m. XIV. 85. 4°. S. Aurelius Augustinus, Confessionum libri priores septem et pars octavi. Expl.: 'Ne memor fueris iniquitatum nostrarum antiquarum.' Denis II, CCCXV.

Digitized by Google

1627. [Salisb. 228.] m. XIII. 60. 4°. Petrus Lombardus, Sententiæ. In folio numero non signato inter thecam et folia signata: Epitaphium Petri Lombardi 21 hexametris constans. Incip.: 'Petrus amor cleri, petrus inquisitio ueri...' Expl.: 'Nescio quis neuter inter utrumque fuit.' In folio thecæ adglutinato fragmenta scholastica.

1628. [Rec. 2015. a.] m. XIV. 98. 4°. 1.) 1ª—21ᵇ. Tractatus de terra sancta. Incip.: 'Cum in ueteribus historiis legamus...' Expl.: 'In hac etiam postea lapitatus est JEREMIAS.' 2.) 22ª—95ª. De poenitentia. Incip.: 'Cum miserationes domini...' Expl.: 'ad presens dicta de penitentia sufficiant. Amen.' Præcedit index capitulorum. 3.) 95ª—98ª. De vita Adæ et Evæ expulsorum e paradiso. Incip.: 'Adam et Eua cum expulsi fuissent...' Expl.: 'nunquam de cetero morituri rengna sunt per infinita secula seculorum. amen.'

1629. [Rec. 3129.] m. XIV. 106. 4°. 1.) 1ª—98ª. 'Tractatus hominis de descriptione hominis.' Incip.: 'Homo secundum ysidorum est...' Expl.: 'senectus debet deficere bonis virtutibus. ps. Senectus mea in misericordia uberi etc.' 2.) 98ᵇ—101ᵇ. 'Poenitentiale Adæ et Evæ' (rubrica manus recentis) et de vita et morte eorundem. Incip.: 'Cum expulsi essent Adam et Eua...' Expl.: 'statum suum mutauerunt. Sic est finis etc.' 3.) 102ª—103ᵇ. Visio beati Pauli. Incip.: 'Paulus uero cum erat in carne per voluntatem dei...' Expl.: 'in die veneris mortuus fuit dauid. Et sic est finis etc.' 4.) 104ª. Continuatur poenitentiale Adæ et Evæ in num. 2. 5.) 104ª—106ᵇ. Epistola contra quosdam in divina pagina titubantes et plane contra ecclesiæ claves prædicantes. Incip.: 'Si quis predicat...' Expl.: 'pacem indubitanter et gloriam consequetur in celis. Amen. Amen.'

1630. [Rec. 80.] m. XIV. 177 rectius 178. 4°. Commentarius in Libr. III. sententiarum. Denis II, DXLI.

1631. [Theol. 504.] m. XIII. 263. 8°. 1.) 1ª—243ª. Expositio compendiaria libri Job. Prologus incip.: 'Inter multos sepe queritur...' Opus incip.: 'Uir erat in terra hus...' Expl.: 'erga preterita fides ligat.' 2.) 243ª—263ª. Liber Job. Denis I, LXXIX.

1632. [Lunæl. Q. 173.] m. XIV. 94. 4°. Sermones in dominicas et quosdam dies festos anni. Incip.: 'Septem sunt pene...' Expl.: 'homo dabit pro anima.'

1633. [Univ. 323.] m. XIV. 80. 4°. 1.) 1ª—76ᵇ. Averroës, 'Commentum super De anima cum complemento.' Incip.: 'Quoniam de rebus honorabilibus...' Expl.: 'hoc est maius.' 2.) 76ᵇ—78ª. Idem, Tractatus super librum de memoria et reminiscentia. Incip.: 'Quod autem dicitur...' Expl.: 'de sompno et uigilia.' 3.) 78ª—80ᵇ. Idem, Dicta super librum de longitudine et brevitate vitæ. Incip.: 'hoc tractatu perscrutatur...' Finis deest. Expl.: 'magnitudo prouenit a multitudine...'

1634. [Univ. 338.] m. XIII. 139. 4°. 1.) 1ª—2ᵇ. Rubrica scripta m. rec.: 'Summa librorum Ricardi.' Sequitur Introductio, quæ incip.: 'Presentis

Digitized by Google

negotii est medicinales questiones sub breuitate transcurrere...' et expl.: 'potest dici elementum.' 2.) 3ª—15ª. Richardus Anglus, Summa seu Signa prognostica. Incip.: 'Finis medicine dumtaxat laudabilis existit ..' Expl.: 'signum est mortale.' 3.) 15ª—18ª. Idem, De laxativis et De repressivis. Incip.: 'Laxatiua solent...' Expl.: 'et fortius addita ferrugunt.' 4.) 18ᵇ. Idem, De clysteribus mundificativis. Incip.: 'Post mondificativa clisteria...' Expl.: 'saniem abstergere.' 5.) 19ª—35ª. Idem, Anatomia. Incip.: 'Medicorum anathomaticos...' Expl.: 'tardatur consolidatio.' 6.) 35ᵇ—55ª. Gilbertus Anglus, Practica. Incip.: 'In quibus consistit ars...' Expl.: 'super pōttum confert.' 7.) 56ª—94ᵇ. 'Rugirina maior.' Incip.: 'Sicut ab antiquis...' Expl.: 'dicta sufficiant.' 8.) 94ᵇ—97ᵇ. Aly Stephanon, Phlebotomia. Incip: 'Medicina morborum...' Expl.: 'sanitatem ministrat.' 9.) 97ᵇ—98ᵇ. De aquis physicalibus. Incip.: 'Quoniam natura...' Expl.: 'remanebit illesus.' 10.) 98ᵇ—100ª. De oleis. Incip.: 'Quoniam natura...' Expl.: 'faciem mundificare.' 11.) 100ª—100ᵇ. De syrupis. Incip.: 'Post tractatum oleorum...' Expl.: 'causam soluere.' 12.) 100ᵇ—102ᵇ. 'Experimenta medica. Incip.: 'Circa causam generationis lapidis non est nobis...' Expl.: 'dolorem renum ex lapide vel grosso humore.' 13.) 103ª. Rubrica: 'Consilium Magistri Guidonis de rezio contra lapidem.' Incip.: 'Experimentum contra lapidem...' Expl.: 'factum est a magistro Guidone Reatino.' 14.) 103ª—104ª. De morbis eorumque remediis. Incip.: 'G. (Guido) probavit...' Expl.: 'omnia que inueneris accipe.' 15.) 104ª—119ª. Capitulum de phlebotomia. Incip.: 'Minutio est euacuatio.' Expl.: 'flebotomia excusat.' 16.) 119ᵇ—121ª. De morbis eorumque remediis. Incip.: 'Ventose apponuntur...' Expl.: 'partem terre.' 17.) 122ª—139ᵇ. Tractatus breves variorum medicorum.

1635. [Lunæl. Q. 115.] m. XIV. 24. 4°. Averroës, Liber de anima. Incip.: 'Bonorum honorabilium noticiam...' Expl.: 'significat aliquit alteri. Explicit liber de anima de noua translacione.'

1636. [Theol. 625.] m. XIV. 48. 4°. Speculum humanæ salvationis cum picturis CXCII. Denis I, CLVII.

1637. [Theol. 435.] m. XIII. 258. 4°. 1.) 1ª—242ᵇ. Liber de incarnatione e Ruperto Tuitiensi, Augustino, Bernhardo, Gregorio Magno, Hugone etc. compilatus. 222ᵇ. m. s. XIV. versio germanica hymni: 'Jesu nostra redempcio, Got vater herre Jhesu Christ.' 2.) 243ª—244ª. m. s. XIII. 'De miraculo, tempore concilii chalcedonensis ad tumulum B. Euphemiæ patrato.' Incip.: 'Fuit quidam abbas...' Expl. 'ab errore perfidorum.' 3.) 244ª—248ª. S. Bernhardus Clarævallensis, Sermo in annunciatione B. M. V. 4.) 248ᵇ—258ᵇ. Collectanea de passione domini; Loca veteris Testamenti cum glossa; Dicta philosophorum Hexametris 32 concinata; et De utilitate visus exterioris et interioris. Incip.: 'Quinque uiuant oculum...' Expl.: 'pax cupienti, uita uidenti, palma tenenti.' Hildebertus Cenomanensis, Hexametri decem De X plagis. Allegoria de decem plagis. Incip.: 'Est aqua rubrata...' Expl.: 'lex est uacuata.' 'Oppositio remedii X præcep-

Digitized by Google

torum contra decem plagas, in hexametris X.' Incip.: 'Prima rubens unda...' Expl.: 'Mors debachatur.' De mysterio missæ, hexametri quinque. Incip.: 'Est ratio cur altaris pars dextera missę...' Expl.: 'in mundi fine fideles.' Hildebertus Cenomanensis, distichon. Incip.: 'Preco puella deus...' Idem, distichon. Incip.: 'Ade peccatum, que conueniens aboleret...' Expl.: 'tartara merent.' Denis I, CCCII.

1638. [Theol. 539.] m. XIV. 207. 4°. Gilbertus (Gislebertus) de Tornaco, Sermones adjecto indice rerum alphabetico. Denis I, DCCLIX.

1639. [Theol. 503.] m. XIII. 112. f. Joannes Beleth, Rationale divinorum officiorum. Finis deest. Expl.: 'qualescunque sunt consolationes.' (cap. 161) Sequitur locus cap. 120, qui incip.: 'Sciendum est, quod per tres dies sequentes' et expl.: 'quod erit in fine mundi.' Adduntur a) Hilberti Cenomanensis poëma de mysterio missæ usque ad verba: 'quos duo serephyn nocte dieque canunt,' et b) ejusdem Carmen de vanitate et contemtu mundi usque ad verba: 'Accipiet uere, qui uuult hec iussa tenere.' Denis I, DCCXCIV.

1640. [Theol. 559.] m. XII. 139. 4°. 1.) 1ª—6ᵇ. S. Hieronymus, Super interpretationibus hebraicorum nominum. 2.) 6ᵇ—9ª. De interpretatione S. Scripturæ. Incip.: 'Diuina scriptura quot modis distinguitur...' Expl.: 'quam utice cato.' 3.) 9ᵇ. Descriptio librorum veteris et novi testamenti. 4.) 10ª—135ᵇ. Glossæ in S. Scripturam ex Augustino, Beda, Gregorio, Origene et glossa ordinaria. Incip.: 'Prologus gręce latine prolocutio...' Expl.: 'terminum poneret.' 5.) 135ᵇ—136ᵇ. Rabanus Maurus, De sacerdotalibus vestimentis seu De institutione clericorum cap. XV—XXIII. 6.) 137ª. 'Nomina mensium secundum Hebręos, Egiptios, Gręcos, Latinos' (et Germanos). 7.) 137ª—138ª. Tractatus minores: De poenitentia Salomonis; De genealogia B. M. V.; De ligno crucis et De serpente ænea. 8.) 138ᵇ—139ª. Series pontificum et imperatorum Romanorum usque ad Paulum II. et Fridericum III. variis manibus conscripta. Denis I, CLXVII.

1641. [Theol. 569.] m. XII. 169. 4°. 1.) 1ª—27ª. Zacharias Chrysopolitanus, Tres introductiones in 'Concordiam evangelicam.' 2.) 27ª—27ᵇ. De anima Christi. Incip.: 'Nota doctores cummuniter affirmare...' Expl.: 'racionabilibus cibis.' 3.) 27ᵇ—136ª. Compendium theologiæ e S. Scriptura et ex operibus Patrum compositum et in septem partes divisum, quarum prima incip.. 'Pater iste familias...' Expl.: 'animaduertimus in actibus apostolorum.' 4.) 136ª—169ᵇ. Excerpta breviora e Zachariæ Chrysopolitani aliorumque Patrum operibus. Denis I, CCC.

1642. [Salisb. 142.] m. XII. 54. 4°. Liber sacramentorum seu, ut in folio thecæ adglutinato legitur, 'quedam summa in theologia.' Incip.: 'De fide et spe, que in nobis est omni poscenti rationem reddere...' Expl.: 'ut habeas uitam eternam.'

1643. [Theol. 591.] m. XII. 209. 8°. 1.) 1ª—112ᵇ. 'Collectio distinctiva de diversis acceptionibus verborum.' Prologus incip.: 'Diuersas in Sacra scriptura verborum acceptiones...' Expl.: 'non erunt inutilia.'

Digitized by Google

Opus incip.: 'Aqua spiritui sancto comparatur...' Expl.: 'finem faciam in hoc scripto.' 2.) 112b—195b. Sermones. 'In vigilia nativitatis domini'; 'Sermo in psalmis'; 'De resurrectione' etc. Primus incip.: 'Propter hoc sciet populus meus...' Ultimus expl.: 'de historia tractat.' 3.) 195b—202a. De mundi principio. Incip.: 'Quando factus est mundus...' Expl.: 'ad dilectionem dei.' 4.) 202b—209a. Isidorus Hispalensis, Excerpta ex ejus originum Libris VIII. 5., XX. 1. 2. 3. 4. et 7. De mensis et escis; de potu; de vasis escariis; de vasis coquinariis; De hæresibus christianorum. Denis I, CLXXI.

1644. [Salisb. 136.] m. XIV—XV. 135. 4°. 1.) 1a—3b. Calendarium. 2.) 4a—85b. 'Consuetudines ordinis carthusiensis de divino officio uno eodemque modo ab omnibus celebrando et de libris corrigendis et consuetudinibus non immutandis.' 3.) 86a—134a. Novæ Constitutiones ordinis Carthusiensis. Cum indice statutorum antiquorum. 4.) 134a—135a. 'Casus propter quos absoluitur prior ipso iure vel est absolvendus.' 'Conuersi tenentur ad hec' 'Consuetudines priuate.' Folium inter thecam anteriorem et folia numerata continet Diploma anni 1486, quo prior 'Maioris domus Carthusie' Antonius 'domino Georgio de Budweis altariste in Crumlow Pragensis diocesis' nunciat receptionem in confraternitatem monasterii.

1645. [Nov. 161.] m. XV. 173. 4°. 1.) 1a—135b. Græculus, Sermones de tempore et de sanctis. Incip.: 'Opus greculi: Ecce Rex tuus venit...' Expl.: 'perducere dignetur iesus christus amen.' 2.) 135b—173a. Sermones: 'de novo sacerdote'; 'alius bonus et utilis'; De die judicii' etc. In fine sermonis germanici fragmentum, manu recentiori scriptum.

1646. [Rec. 3123.] m. XIV. 86. 4°. 1.) 1a—2b. Index in Jacobini sermones in num. 3. 2.) 2b—5b. Expositio decalogi germanica, ut videtur fratris Johannis de Igla. Incip.: 'Die zehen geboth die got selber gab...' Expl.: 'vnd hi czu ein ander bracht.' 3.) 6a—86b. Jacobinus, Sermones de tempore, ab aduentu usque ad dominicam XV post pentecosten. Incip.: 'De gaudiis celorum. Celorum gaudia sub epilogo...' Expl.: 'uera et eterna gloria.' Denis II, DCCLXXXII.

1647. [Theol. 558.] m. XV. 198. 4°. Commentarius super Evangelia Matthæi et Johannis. Incip.: 'Licet totum ewangelium anuatim...' Expl.: 'disputator hec Augustinus.' Denis I, CXIV.

1648. [Nov. s. n.] m. XIV. (1332.) 110. 4°. 1.) 1a—42a. Guilelmus Peraltus, Summa virtutum excerpta. Incip.: 'Si separaueris preciosum a uili...' Expl.: 'quo uos perducat qui sine fine uiuit' etc. 2.) 42a. Tractatus specialis de signis. Incip.: 'In noua signa...' Expl.: 'mutata mirabilia.' 3.) 42a. Septem bona in oblata. Incip.: 'Nota septem bona in oblata...' Expl.: 'Sanctos contristat.' 4.) 42a—42b. 'Septem dubitabilia de corpore Christi.' Incip.: 'Nota quod VII occurrunt dubitabilia...' Expl.: 'cogita et dicas.' 5.) 42b. Plurima miracula de eucharistia.' Incip.: 'Plurima miracula solent...' Finis deest. Expl.: 'sub specie corporea.' 6.) 43a—94b. Guilelmus Peraltus, Summa vi-

Digitized by Google

tiorum excerpta. Incip.: 'Dicturi de singulis vitiis...' Expl.: 'aliquando penituit, facere vero nunquam.' 7.) 95ª—110ᵇ. 'Summa timoris seu tractatus de speciebus timoris.' Incip.: 'Species timoris dicuntur...' Expl.: 'non possunt.' 8.) 110ᵇ. De articulis fidei. Incip.: 'Septem sunt articuli...' Expl.: 'ad inferna versus est dominus.' 9.) 110ᵇ. Glossæ nonnullæ germanicæ. Incip.: 'Efficacia wurkung, corpus glorificatum gefroent lip ..' Expl.: 'gloriosus eyteler. Reliquie abrerecht.' In folio numero non signato inter thecam et folia signata carmen 67 versuum de triginta argenteis, quibus Christus venditus est. Incip.: 'Denariis triginta deum vendit galilenus...' Expl.: 'Cuius sunt vota et non dicere facta remota.' Hoc folium rescriptum est.

1649. [Rec. 3128.] m. XIII. et XIV. 61. 4⁰. 1.) 1ª—30ª. m. s. XIII. S. Bonaventura, Breviloquium. 2.) 31ª—35ᵇ. m. s. XIV. Sermones in dies festos præsertim B. M. V. 3.) 35ᵇ—61ª. m. s. XIV. Sermones breves. Incip.: 'Notabile de die judicii. Duo hodie de die judicii dicere propono...' Expl.: 'singula singulis adapta.' Denis II, DLXXIV.

1650. [Rec. 2234.] m. XIV. 42. 4⁰. 1.) 1ª—16ᵇ. S. Bonaventura, Tractatus asceticus dictus 'Lignum vitæ' seu de nomine Jesu, ab auctore in prologo 'Myrre fasciculus' nominatus. Prologus incip.: 'Uerus dei cultor Christique discipulus...' Expl.: 'morose peracta.' Tractatus incip.: 'Cum ihesum audis ex deo genitum...' Expl.: 'ad laudem sanctissimi nominis tui cui cum patre' etc. 2.) 16ᵇ—27ª. Ternarius seu tractatus de triplici vita. Incip.: 'Ecce descripsi tibi eam tripliciter...' Expl.: 'Finitus est ternarius.' 3.) 27ª—37ᵇ. Hugo (a S. Victore) De arrha sponsæ. 4.) 38ª—39ᵇ. Petrus Blesensis, Epistola ad Magistrum Alexandrum dehortatoria, ne ordinem Carthusiensem deserat. 5.) 39ᵇ—42ª. S. Hieronymus, Epistola ad Heliodorum de contemptu mundi. Denis II, DCLXVII.

1651. [Theol. 754.] m. XIV. 70. 8⁰. 1.) 1ª—12ᵇ. Henricus de Vrimaria, Tractatus de origine et progressu ordinis eremitarum S. Augustini. 13ª vacat. 2.) 13ᵇ—70ᵇ. Themata sermonum. Incip.: 'Incipiunt collaciones per totum annum. Veniet desideratus...' Finis deest. Denis I, DCLVII.

1652. [Salisb. 254.] m. XIV. 157. 8⁰. Summa quæ vocatur Pharetra. Incip.: 'In conuersionis mee primordio...' Expl.: 'et ab omnibus, quæ uoluerit prohibebitur.' 157. Fragmentum cantilenæ goliardicæ. Incip.: 'Referam miracula quodam curiale...' Finis deest. Expl.: 'Bibabal...' In folio numero non signato inter thecam anteriorem et folia signata et in folio 1ª. tabula alphabetica Pharetræ.

1653. [Salisb. 245.] m. XIV. 198. 4⁰. 1.) 1ª—1ᵇ. Fragmentum sermonis germanici. Conf. Hoffmann sub No. CCLVIII. 2.) 2ª—17ᵇ. Summa confessionis. Incip.: 'Conuertimini ad me...' Expl.: 'Non mechaberis' etc. 3.) 17ᵇ—34ª. Summa poenitentiæ. Incip.: 'Compilatio præsens...' Expl.: 'ignis et vermis.' 4.) 34ª—88ᵇ. Albinus, Exempla, Sermones, excerpta ex operibus Patrum, orationes etc. Incip.: 'Heri-

Digitized by Google

berto coloniensi episcopo Albinus suorum omnium seruorum vltimus...' Expl.: 'super apocalypsin et paulum.' 5.) 89ª—104ª. 'Tractatus viciorum.' Incip.: 'Generaliter omne peccatum...' Expl.: 'postea proximus.' 6.) 104ª—198ᵇ. 'Passiones sanctorum per circulum anni.' Incip.: 'Symon, qui in tempore obedies...' Expl.: 'qui tollit uitam eternam.' 7.) 198ᵇ. Tractatus de judeis. Incip.: 'Queritur cur judei non debent occidi...' Expl.: 'uagus et profugus est.'

1654. [Salisb. 246.] m. XIV. 163. 4⁰. Sermones de tempore et de sanctis per anni circulum. Incip.: 'Prima dominica in aduentu. Hora est iam uos de sompno surgere...' Expl.: 'et stuppa vera humilitas.'

1655. [Salisb. 247.] m. XV. 217. 4⁰. Consuetudines ordinis Carthusiensis, et novæ consuetudines ejusdem ordinis. In folio thecæ anteriori adglutinato fragmentum Tractatus quæstionis: 'quibus possint sacramenta ministrari a monachis?'

1656. [Nov. 247.] m. XV. 268. 4⁰. Raimundus de Pennaforti, 'Summa de casibus poenitentialibus et de matrimonio cum glossa.' In foliis numero non signatis inter thecam anteriorem et folia signata fragmenta de absolutione in confessione. In fine tria folia, quæ continent fragmenta de sepulturis, de baptismo et indicem peccatorum.

1657. [Nov. 164.] m. XV. 226. 4⁰. 1.) 1ª—13ª. Thomas Aquinas, De articulis fidei et sacramentis ecclesiæ. 2.) 13ª—217ᵇ. Albertus Magnus, Summa seu veritas theologiæ. 3.) 218ª—223ª. Duodecim articuli fidei. Incip.: 'Sciendum est quod in exordio...' Expl.: 'sicut dies vnus apud deum in illa eternitate.' 4.) 223ᵇ—225ª. Sermo 'De evangelio, quod scribitur Lucæ XVI de divite epulone.' Incip.: 'Tria sunt notanda...' Expl.: 'et misericors dominus amen.' 5.) 225ᵇ—226ᵇ. Thomas Aquinas, Oratio, 'quam dixit cotidie.' Incip.: 'Concede mihi misericors deus...' Expl.: 'qui cum domino patre' etc.

1658. [Univ. 571.] m. XIV. 552. 8⁰. 1.) 1ª—290ª. Gilbertus de Tornaco, Sermones de diversis statibus. 2.) 291ª—452ᵇ. Johannes Gualensis sive Gallensis, Summa collectionum. Denis II, DCCLXXXIV.

1659. [Theol. 765 et 766.] m. et ch. XII et XV. 73 et 26. 8⁰. 1.) 1ᵇ. Fragmentum diplomatis germanici s. XIV. villam Hartberg spectantis. 2.) 2ª—4ª. m. s. XII. Duo sermones. 3.) 4ª—5ᵇ. m. s. XII. Excerpta ex operibus Patrum. 4.) 5ᵇ—8ª. m. s. XII. Duo sermones latini. 5.) 8ª—11ᵇ. m. s. XII. 'De sacris ordinibus.' 6.) 11ᵇ—24ª. m. s. XII. 'De esu uolatilium secundum regulam S. Benedicti.' 7.) 24ª—30ᵇ. m. s. XII. Sermones et lectiones. 8.) 30ᵇ—31ª. m. s. XII. 'Genealogia Mariæ matris dei.' 9.) 31ª—31ᵇ. m. s. XII. 'Septem Generationes hominum.' 10.) 31ª—32ᵇ. m. s. XII. De missa. 11.) 32ᵇ—53ª. m. s. XII. Hugo a S. Victore, De creatione mundi. 12.) 53ª—73ᵇ. m. s. XII. Sententiæ de locis bibliorum. 13.) 1ª—4ª. m. s. XV. 'Speculum minus, editum pro fidelium instructione.' 14.) 4ª—12ᵇ. m. s. XV. 'Alterum Speculum maius.' 13 vacat. 15.) 14ª—26ᵇ. m. s. XV. 'Funiculus triplex i. e. tractatus de tribus virtutibus theologicis.' Denis I, DCCLIII.

Digitized by Google

1660. [Theol. 744.] m. XV. 224 8°. Michaël Steger, Prior Carthusiensis monasterii in Aggsbach, 'Tractatus cui titulus Remediarius abiecti prioris seu præpositi, qui dolebat se inepte regiminis officio exutum.' Conf. Codicem nro. 1668 signatum. Denis I, DCXCIX.

1661. [Theol. 764.] m. XII. 89. 8°. c. init. col. 1.) 1ª—66ᵇ. Varii Tractatus 'De virginitate partus B. M. V.' a.) 'Acervus testimoniorum de virginitate.' b.) 'De eodem libello ad Adalbertum Pataviensis ecclesie ven. archidiaconum.' c.) 'Palinodia.' d) 'Item Palinodia super eodem ad spiritum sanctum.' e.) 'Palinodia ad B. M. V.' f.) 'Libellus apologeticus contra Gregorium.' 2.) 67ª—82ᵇ. Sermones duo in assumptione et in nativitate B. M. V. 3.) 83ª—89ᵇ. 'Carmen de corpore et sanguine Christi.' Incip.: 'Simpliciter fusa te non moueat mea musa...' Expl.: 'Recte credatur quocunque modo uarietur.' Denis I, CCCXXXIII.

1662. [Nov. 211.] m. XV. 86. 8°. 1.) 1ª—14ᵇ. Henricus de Langenstein seu de Hassia, senior, Expositio orationis dominicæ. 2.) 14ᵇ—20ᵇ. Idem, Expositio super Ave Maria. 3.) 21ª—29ª. Idem, Expositio super Credo. 4.) 30ª—70ᵇ. Idem, 'Epistola concilii pacis.' 5.) 70ᵇ—86ª. Idem, Speculum animæ.

1663. [Nov. 172.] m. XV. 102. 8°. 1.) 1ª—43ª. 'Tractatus de corpore Christi.' Incip.: 'facientes operationes in aquis multis...' Expl.: 'prout hoc prosequar deo propitio in Xª et ultima quæstione' (quæ vero deest). 2.) 43ᵇ—46ª. Legenda de S. Christino. Incip.: 'Temporibus Henrici imperatoris...' Expl.: 'Anno dominice incarnacionis millesimo quarto, pridie ydus Novembris, Tu autem...' Finis deest. 46ᵇ vacat. 3.) 47ª—67ᵇ. 'De sacramento corporis Christi.' Incip.: 'Quisquis redemptoris nostri...' Expl.: 'quo suus auctor abiuit.' 4.) 68ª—70ª. 'Quale dedit corpus in cena' i. e. Tractatus de eucharistia. Incip.: 'Gveri solet quale Christi corpus...' Expl.: 'quid quid omnino volebat.' 5.) 70ª—72ᵇ. 'Utrum Judas acceperit eucharistiam?' Incip.: 'Discipulis suis dubitari solet...' Expl.: 'illius significans fictionem.' 6.) 73ᵇ—98ª. 'Iste liber tractat de terra sancta et de locis sanctis.' Incip.: 'Gloriose ac sancte ciuitatis Jerusalem...' Expl.: 'ad utilitatem peregrinorum breuiter et memoriter comendam, amen.' 7.) 98ᵇ—99ᵇ. Oratio de passione domini. Incip.: 'Origo omnium bonorum...' Expl.: 'Qui uiuis et regnas deus per omnia sec.' etc. 8.) 100ª—102ᵇ. Fragmentum prognostici incipiens a mense Augusto: 'Augustus est insanus...' Expl.: 'quare moderantia et abstinentia sunt uitiorum exstirpatio.'

1664. [Rec. 2057. a.] m. XIV. 196. 8°. 1.) 1ª—82ᵇ. Sermones, quorum Initium et finis desunt. 2.) 83ª—102ᵇ. 'Sermones de sanctis cum legenda et miracula.' Incip.: 'Ave Maria gratia plena...' Expl.: 'miracula sancta sunt.' 103ª vacat. 3.) 103ᵇ—114ᵇ. S. Bernhardus Clarævallensis, Meditatio: 'Multi multa sciunt.' 4.) 114ᵇ—135ᵇ. Sententiæ ex operibus Patrum. 5.) 136ª—157ª. Raynerus Sacconus, De erroribus haereticorum. Incip.: 'Audistis quod Antichristus...' Expl.: 'heresis est Jouiniani.' 6.) 157ᵇ—196ᵇ. Nicolaus de Hanapis,

Digitized by Google

'Allegaciones biblie seu Exempla virtutum et viciorum S. Scripturæ.' Denis II, DCCXCI.

1665. [Salisb. 255.] m. XII. 125. 4°. c. init. col. 1.) 1ª—13ᵇ. Psalterium versum a S. Hieronymo. 2.) 14ª—125ª. 'Apologium sacerdotis' i. e. Rationale divini officii. Incip.: 'Exue me domine . . .' Expl.: 'omnis humana salus consistit.'

1666. [Salisb. 256.] m. XII. 154. 4°. Sermones de tempore et de sanctis. Initium deest. Incip.: '. . . tatem . terre regnum perdit . per mentis inprudentiam. . .' Expl.: 'hæc est voluntas domini ut praua colloquia deuitetis.'

1667. [Rec. 2174.] m. XIV. 219. 4°. 1.) 1ª—175ᵇ. Sermones de sanctis et de tempore. Incip.: 'Anima nostra. . .' Expl.: 'et certe sicut uis.' 2.) 176ª—203ª. Tractatus de septem speciebus timoris. Incip.: 'Quoniam exempla plus mouent. . .' Expl.: 'sicut narrat petrus Alphonsi quidam philosophus.' 3.) 203ª—219ª. Visio Tundali. Incip.: 'Venerabili ac deuote domine . . .' Expl.: 'domino nostro, qui est honor et gloria per' etc. 219ᵇ. Index in sermones, sed paginis non indicatis. In anteriori pagina primi folii numero non signati, inter thecam anteriorem et folia signata, Excerpta quædam e. S. Bernhardi operibus. Denis II, DCCXCV.

1668. [Nov. 213.] m. XIV. 150. 8°. Michael Steger, 'Remediarius abjecti prioris seu præpositi, editus cuidam fratri, qui dolebat se inepte regiminis officio exutum vnde valde fuit contristatus.' Cum prologo et indice capitum. Conf. codicem Nr. 1660 signatum.

1669. [Rec. 3242.] m. XIV. 396. 8°. 'Concordantiæ biblicæ.' 225ᵇ et 226ª ᵇ vacant. In folio thecæ anteriori adglutinato m. s. XV.: 'Allegatorium aureum super omnes textus noui veterisque testamenti.' Denis II, CCIL.

1670. [Nov. 227.] m. XV. (1414.) 201. 4°. 'Statuta nova et antiqua ordinis Carthusiensis' cum prologis et indicibus.

1671. [Theol. 796.] m. XII. 48. 8°. Udalricus Prior Cellæ in Nigra Sylva, 'De disciplinis noviciorum, seu consuetudinum cluniacensium liber secundus et initium tertii.' 36ª—37ᵇ Tres hymni de S. Nicolao a.) 'Adest dies sanctissimi . . .' b.) 'Plaudat letitia lux hodierna nox celi.' c) 'Aue presul alme, dei cultor magne . . .' 47ᵇ Prosa in nativitatem domini. Incip.: 'O beata infantia, per quam nostri generis . . .' Hymni et prosa cum neumis. Denis I, DCLI.

1672. [Univ. 660.] m. XV. 616. 4°. Breviarium dioecesis Salisburgensis. Denis II, DCCCLXXIX.

1673. [Salisb. 257.] m. XII. 60. 8°. 'Daniel glossatus,' sed mutilus, deficiens in XIII. 59.: 'et interficiat vos ambos . . .' 60ᵇ. Narratio de tribus Mariis et octo versus incip.: 'Sex statuit casus Donatus in arte tenendos . . .' Inter thecam anteriorem et folium signatum primum exstant tria folia numero non signata et inter ultimum folium signatum et thecam posteriorem quattuor folia, quæ psalterii ut videtur fragmenta continent.

Digitized by Google

1674. [Univ. 662.] m. XIV. 608. 8⁰. 'Breviarium ad Bohemiam pertinens.' Denis II, DCCCLXXVIII.

1675. [Nov. 208.] m. XIV. 85. 8⁰. Passionale seu vitæ sanctorum. Incip.: 'Cum propter primorum parentum inobedientiam...' Finis, scriptura vetustate pene deleta, legi non potest. Ultima vitarum est S. Chrysanthi. In foliis thecis adglutinatis Index alphabeticus.

1676. [Rec. 1258.] m. XIV. 177. 8⁰. Thomas Aquinas, Summæ contra gentiles Lib. I et II. Denis II, DXCVII.

1677. [Theol. 801.] m. XI. 118. 8⁰. 'De Præscientia Dei et prædestinatione.' Incip.: 'Cum omnium que operatur...' Expl.: 'igne feruide karitatis.' Denis I, CCCXXX.

1678. [Rec. 645.] m. XV. 55. 8⁰. Thomas Aquinas (?), 'De essentiis.' Denis II, DLXII.

1679. [Rec. 2053 a.] m. XIV. 139. 8⁰. 1.) 1ᵃ—94ᵃ. 'Flos sermonum.' Incip.: 'Cum appropinguasset ihesus...' Ultimus sermonum expl.: 'de catholica fide sancte trinitatis.' 2.) 94ᵇ—97ᵃ. Legenda S. Servatii. Incip.: 'Erant in diebus illis...' Expl.: 'postea pro diuulgatione miraculi noluerunt.' 3.) 97ᵇ—98ᵃ. De sancto Floriano. Incip.: 'In diebus illis regnantibus...' Expl.: 'cui sit honor et gloria per secula seculorum amen.' Præcedunt duæ lineæ neumatæ de eodem sancto. 98ᵇ—99ᵇ vacant. 4.) 100ᵃ—139ᵇ. Johannes Kortz seu Contractus, Sermones de sanctis. Denis II, DCCLXXVIII.

1680. [Lunæl. O. 105.] m. XIV. 171. 8⁰. 1.) 1ᵃ—62ᵇ. Vitæ sanctorum. Incip.: 'Andreas et quidam alii discipuli...' Finis deest, codice deficiente in uita S. Clementis. Inter folia 8 et 9 a bibliopega 36 folia non numerata chartacea intercalata sunt. 2.) 63ᵃ—171ᵇ. Sermones de tempore et de sanctis. Initium et Finis desunt. 148, 149 et 150 vacant. In folio thecæ anteriori adglutinato fragmentum vitæ alicujus sancti.

1681. [Lunæl. O. 176.] m. XIV. 97. 8⁰. 'Sermones in festa et dominicas per annum.' Incip.: 'De S. Andrea . Venite post me...' Finis deest.

